8 † ꝙ in iure accrescendi portio accrescit portioni [b] non persone. l. si totam. ff. de acqui. here. l. hec scriptura. §. fi. ff. de condi.⁊ demõ. l. interdũ. ff. de vsufr. accre. l. si titio. §. j. ff. de vsufr. no. Bar.⁊ alij in. l. re cõiuncti. circa mediũ. ff. de leg. iij.⁊ Bald. in. l. j. in xj. col. iiij. q. C. qñ non peten. par. ¶ Sed portio dicti Ubaldini defecit: qr ipse decessit sine descẽdẽtibus ꝑ sexũ masculinum, vñ posito ꝙ aliquẽ heredẽ habuisset, q nõ fuisset de ei⁹ descẽdẽtib⁹, nõ posset dici ꝙ talis heres hr̃et iure hereditario portionẽ Ubaldini, nec tanq̃ hr̃s Ubaldini esset ĩ dicto castro,⁊ iurisdictione cõsors dicti quõdã Azonis,⁊ ei⁹ descendentiũ,⁊ sic nõ sumus in casu dicte. l. j. C. si liber. imper. soc. Preterea iste Ugolinus aduersarius comitis Antonij nõ est heres dicti Ubaldini, qui impetrauit dictã concessionem, imo eius Ubaldini hereditas potius pertinet ad dictã Magdalenã, tanq̃ proximiorẽ, vt pʒ ex arbore cõsanguinitatis dictorũ comitũ. ¶ Et etiã ponderandũ, qđ in illa clausula apposita in dicta concessione, dũ đr,⁊ te Ubaldinum nomine tuo,⁊ omnium supradictorũ inuestim⁹ ⁊c. nõ sunt apposita illa verba, cuiuslibet vestrum,⁊ sic ex illis verbis non potest allegari locũ habere ius accrescendi in ꝑte Azonis, et eius descendentiũ deficientiũ,⁊ lʒ in princ. sint illa verba, scʒ dam⁹ vobis,⁊ cuilibet vestrum. tñ ex illa particula posita in principio cõcessionis, nõ pñt se fundare illi q erãt absentes, vt erat dict⁹ Teuerut⁹ in bulla ipsa noĩat⁹, ex cuius ꝑsona venit Ugolin⁹ eius descendẽs, cũ in illa prima ꝑte cõcessionis nõ fuerit dictũ, donam⁹ Ubaldino ꝑsenti ⁊ recipiẽti nomine suo ⁊ aliorũ ibi noĩatorũ, vt declarat Bar. ĩ. d. l. si mihi ⁊ titio.⁊. s̃. retuli. bñ facit qđ notaẽ ĩ. l. illud. C. de sac. san. ecc.⁊ in. l. absenti. ff. de do. cũ si.

9 † ⁊ epistola seu scriptura q̃ mihi abñti a te dirigiẽ, nõ ꝑt acceptari ⁊ ratificari ꝑ me, mortuo [c] illo scribẽte, seu illo q scripturã ad me dirigebat: ⁊ sic mortuo dicto Ludouico Romanorũ ĩperatore nõ potuit nec ꝑt ratificari particula ꝯtinẽs donationẽ factã absentib⁹, sicut ĩ ꝑncipio dicti priuilegij cõtineẽ. ita singulariter decidit Ant. de bu. in. c. fi. de ꝯfes. circa. vj. col.⁊ sequiẽ ibi Jo. de imo. qui reputat hoc singulare: qr mortuo eo nõ põt dici qđ scriptura ei⁹ loquaẽ, allegan. c. fi. cũ ibi no. ꝑ Inn. de succes. ab intest.⁊ ita limitant notata ꝑ Bar. in. l. nuda ratio, in. ij. col. ff. de do. nec etiã possunt se fundare hr̃des Ubaldini ex ꝑsona Ubaldini, si vellent dicere valuisse insolidũ cõcessionẽ in persona Ubaldini: qr rñdeẽ dupl'r: ꝑmo qr cũ in eadẽ cõcessione appareat ꝙ Ubaldin⁹ fuit inuestitus tanq̃ retinens nomine suo,⁊ aliorũ ꝑdictorũ, seq̃ qđ portio Azonis specifice noĩati in bulla imperiali nõ põt durare in ꝑsona Ubaldini ⁊ ei⁹ heredũ, nisi quousq; durãt descendẽtes Azonis per masculinũ sexũ, vt. d. l. fundũ cũ mihi vẽderes.⁊ ibi Bar. cũ alijs supra allegatis. itẽ rñdeo ꝙ cũ Ubaldinus decesserit sine descẽdentibus, expirasset in persona sua dicta inuestitura, ẽt dato ꝙ in persona Ubaldini valuisset insolidũ a principio super ius decrescendi: iuxta not. ꝑ Bal. in. d. l. j. C. qñ non petẽ. par. attento ꝙ fuit concessa solũ pro descendẽtib⁹ ꝑ masculinum sexum.⁊ ipse decesserit sine hmõi descendentibus.⁊ maxime clarum est ꝙ iste Ugolinus nõ est de descẽdẽtib⁹ dicti Ubaldini,⁊ sic nõ põt venire ex persona Ubaldini. ¶ Preterea si qs tanq̃ heres Ubaldini venire nõ põt ad dictũ ius acqsitũ Ubaldino est dicta Magdalena, ad q̃ spectat hr̃ditas dicti Ubaldini tanq̃ ad proximiorẽ, vt dixi. s̃.⁊ sic siue valuerit insolidũ ab initio dicta ĩpetratio in ꝑsona dicti Ubaldini tñ, siue ẽt valuerit ꝓ parte in ꝑsona dicti Ubaldini,⁊ pro parte in personis aliorũ. s. qui reperirenẽ ratificasse dictã cõcessionẽ: tñ quo ad partẽ dicti Azonis, q nõ ratificauit, non põt acqri dicto Ugolino, sed solũ dicto Ubaldino,⁊ heredibus suis quousq; steterint descendentes per masculinũ sexũ dicti Azonis.

10 † Et nõ inficior ꝙ dicta Magdalena dicitur [d] de descẽdentib⁹ ꝑ masculinũ sexũ dicti Azonis, vt clare decidit Bal.⁊ Med. in. l. gall⁹. §. nũc de leg. ff. de libe.⁊ posth. ꝑ ibi no.

---

a ¶ Redit. Idem gñalr ẽt ĩ ꝯtib⁹ hincinde obligatorijs, qr nec in his accrescit nisi ꝯcedẽtis itersit Alex. Jaso.⁊ oẽs. d. l. si mihi ⁊ Titio.

b ¶ Portiõi. Cor. d. l. j. C. qñ nõ pe. par. hñdi. rep. c. Raynu. §. vxo. no. adela. nu. 95. de test. adđ Jas. l. post vẽditionẽ. ĩ si. C. đ pac. rep. l. re ꝯiũcti. co. xxviij. de leg. iij.

c ¶ Mortuo. ale. l. ꝙ meo. co. ij. de acq. pos. s̃. e. cõsi. xxij. s̃. lib. ij. cõsi. cxxxv. s̃. li. j. ꝯsil. cx. n. 3. deci. i. l. ꝯtus. de reg. iur.

d ¶ Sexũ. j. li. vj. consi. liij.

ibi no.p gl.in vbo,nã z si.qr lz ipsa sit femina,tñ est de descẽdentib⁹ Azonis per masculinuz.s.per Fed.eius patrẽ.vnde dicit Bal.in.d.§.nũc de lege.q si quis accepit rẽ in emphyteusim p se z suis descẽdẽtibus per virilẽ sexum,includent nepotes ex filijs masculis,sz nõ nepotes ex filiab⁹,pro q̃ allego tex.in.l.lege.xij.tabula.ver.huius,itaq legis.C.de leg.her.z in.§.item vetustas.insti.de here.que ab intest.nec dicatur q femine nõ succedũt in feudo.c.j.§.hoc aũt notadũ.in ti.q feu.da.pos.z.c.j.de succes.feu.† qr rñdeo q dicta ɔcessio non fuit cõcessio in feudũ,sed donatio plena:qr donauit oia que in dictis castris z iuribus pertinebãt ad sacrũ imperiũ, absq vlla reseruatiõe directi dominij,vel alicuius iuris,q est contra naturã[a] concessionis feudi.c.j.in fi.de inuest.de re.alie.fac.c.Obertus.in fi.ti.quib.mod.feu.amit.c.j.cũ ibi no.de capi.Corra.z ita p plures rõnes fere in istis terminis,q nõ sit ɔcessio feudalis nõ obstãte inuestitura,cõsuluit Oldr.in consi.clix.incip.ex presenti themate quatuor videntur zc.

12 † Nec obstat q femine repellant ab vsu iurisdictiõis iuxta.l.femine.ff.de reg.iur.z.c.dilecta.de maio. obe.qr respondeo q fallit in muliere[b] succedente in hereditate,in qua inuenit ciuitas vel castrũ,cui coheret iurisdictio.vt no.Host.z Jo.in.c.dilecti.de arbi.per id qd habetur in.c.ex parte.de priui.z per not.in.c.nona.de peniten.z remis.z etiam Imperator põt dignitatem cũ iurisdictione ɔcedere mulieri,qñ facit ex certa sciẽtia,seu cũ cla non obstãte,vt not.gl.in.l.j.C.de mulier.z in quo loco.lib.x.z in.d.l.femine.z Imperator in dicta cõcessione motu pprio,z ex certa sciẽtia ɔcessit pro descẽdẽtibus,que verba cõprehendũt feminas,z masculos.l.cognoscere.§.liberorũ.ff.de ver.sig.

13 † z idẽ operatur clausula motu proprio,[c] qd clausula nõ obstãte.c.si motu proprio.de prebẽ.in.vi.no.Ang.in.l.ij.C.de quadr.prescri.z Bal.in.l.fi.in vlt.col.C.sen.rescin.non pos.z idem in clausula ex certa scientia.l.idẽ Vlpia.ff.de excu.tut.l.quidã consulebãt.ff.de re iudic.not.in.l.fi.C.si contra ius.z no.Bur.consi.cxcvj.incip.Ciuitati camerini.z Bal.in.d.l.fi.C.sen.rescin.non pos.z in.c.naturales.in prin.in ti.si de feu.fue.ɔtro.inter do.z agna.z ibi etiã Andr.de Iser.z no.etiã Bal.in.d.l.idem Vlpia.Ergo Magdalena dr de personis cõprehẽsis i bulla,adeo q ipsa viuente põt heres Vbaldini dicere durare adhuc ius dicti Vbaldini impetrãtis virtute illi⁹ clausule posite circa fi.cõcessionis,dũ cõcedit inuestitura Vbaldino recipienti p se z nomine omniũ predictorũ.nõ dico ex clausula posita circa principiũ cõcessionis,qua solũ inspecta esset extinctũ omne ius Vbaldini,eo mortuo sine descendẽtib⁹:vt.s.deductum fuit. ¶ Ex quibus infertur quod si dicta Magdalena est in quasi possessiõe dicte ptis dñij z iurisdictiõis:vt verbo fert, seu comes Antonius reperiret nunc,vel in posterum esse in quasi possessione dicte partis,fortasse habẽs cãm a dicta domina Magdalena:vel ab alio non posset aliquo modo dictus Vgolinus dictã partẽ aduocare seu vendicare,vel cõsequi:qr etiã posito qd Magdalena,vel comes Antonius haberent legitimũ titulũ dicte partis a vero domino,tñ dictus Vgolinus,qui nullo modo hz ius agẽdi,nõ posset dictam partẽ vẽdicare z euincere prefate Magdalene vel comiti Antonio detinentib⁹,seu quasi possidẽtibus.l.fi.C.de rei ven.z.l.possessiones.C.de proba.cũ si.z hoc etiã si non cõstaret Magdalenã esse heredẽ dicti Vbaldini.Sz si pbaret etiã esse heredem dicti Vbaldini adhuc euidentissime constat dictã partẽ omni iure potius pertinere ad dictã Madalenã,q ad dictum Vgolinum,etiam si ipsa non possideret,maxime per.d.l.fundũ cum mihi vẽderes cum ibi not.p doc.Et hoc solũ fundamentũ p se sufficiens est ad victoriã. Et per hunc modũ cessant oia,que in cõtrariũ per aduersarios obijciunt. ¶ Alio insuper principali fundamento possunt predicta cõfirmari,qr si probetur,vt existimatur probari posse q dict⁹ Tiueruci⁹ testator se,z suos antecessores,qbus successit vel.d.Magdalena p se,z suos antecessores,qbus succedit,fuit in quasi possessione dicte partis dñij,z iurisdictionis a tãto tempore citra cuius in contrariũ memoria nõ extat,z probet cõem opi.ita esse absq eo qd ascendentes dicti Tiuerucij z Magdalene vnq̃.recognouerint ab imperatore dicta iura tenere z habere:seu pbaret cõem opinionẽ i dictis locis esse seu fuisse qd de anno.M.cccc.xviij. quo tempore dicit fuisse impetratã dictam concessionẽ imperialẽ ascẽdentes dicti Tiuerucij testõris,seu dicte Magdalene tenuerũt z possederũt dictã partẽ a tãto tpe:z citra

14 q in contrariũ memoria nõ extaret:† dicta possessio tãti tẽporis hz vim cõcessionis,z priuilegij.l.j.in fi.ff.de aqua plu.arc.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.de aqua quoti.z esti.c.super quibusdam.§.preterea.de ver.sig.centesima dist.contra morem.xviij.q.vl.seruitium.Et prescriptio tãti temporis sufficit etiã ad prescribendum merum imperium ɓm cõmunes conclusiones Cy.z aliorum.z.l.j.C.de eman.libe.z in.l.more.z in.l.imperium.ff.de iurisd.om.iud.z no.Bart.in.d.consil.cxcvj.incip.primo querit vtrum iurisdictio.z Bar.in.l.cunctos populos.in vlti.col.C.de summa trinita.z per Bart.z alios in.l.j.§.fi.ff.de aqua plu.arc.z not.Canoniste in.c.cum contingat de fo.cõpe.cum suis multis cõcor. Quinimo etiã sufficeret tps cẽtum annorũ,tam contra imperatorem quã cõtra ecclesiã Romanam,vt in.c.ad audientiam.z in.c.cum nobis.de prescri.l.fi.z aut.ibi posita.C.de sa.san.eccl.z illud qd ibi dicitur in ecclesia romana hz etiã locũ in prescriptione contra imperatorem,vt inquit Ang.in.l.ij.C.commu.de vsuca.z in.l.sicut in vl.col.C.de prescript.xxx.ann.z in.l.j.C.de anna.excep.alleg.no.per gl.in aut.de non alie.§.vt autez

15 lex.alias est in.§.si minus.in verbo multuz.† Et vbi doceret de prescriptione tãti tẽporis,cuius in cõtrarium memoria non extaret,nõ requireretur aliqua probatio tituli.c.j.de pscrip.in.vj.nec etiã requireret pbari qd dicti comites possedissent sciẽte[d] z patiẽte imperatore:vt no.gl.j.coniuncto tex.in.d.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.de aqua quotidiana z esti.z Jo.de imo.plene in.l.si publicanus.§.fi.ff.de publi.maxime per tex.in.d.c.super quibusdã.§.preterea.z licet Bar.in.d.l.si publican⁹.§.fi.videat velle q etiam in prescriptione tãti tẽporis cuius in contrariũ memoria nõ existit requirat sciẽtia z patientia illius,contra quẽ prescribitur,quãdo tractatur de pscriptione iurium incorporaliũ,vt puta iurisdictiõis iur.l.ij.cũ materia.C.de serui.z aqua.tamẽ dicit An.de bu.

16 no.in repe.c.peruenit.de censi.in sexta charta magna.in ver si.de secundo quantũ tempus exigatur zc.† dicit q in vsu tãti tẽporis,cuius in ɔtrarium memoria nõ extat presumitur q iust⁹ fuerit talis visus,z q intercesserit patiẽtia supioris.alleg.no.per Inn.in.c.ij.de rest.in integ.bene facit quod no.glos.in.l.ij.ad fi.C.que sit lon.consue.que dixit q vulgatos vsus princeps vbiq stare presumitur:z per illaz gl.dicit ibi Bal.in.l.fi.q italici qui prescripserunt merum imperiũ presumunt prescripsisse de licentia principis.allegat no.per gl.in.d.§.nulla.in aut.de defen.ciui.Bal.etiã in.c.j.circa secundã col.ti.que sint regalia.z Joã.de Imo.in.l.j.§.deniq.ff.de aqua plu.arc.forti⁹ tenẽt,scz q nõ requiratur sciẽtia principis,etiam qñ prescriptio non esset tanti tẽporis,cuius in cõtrarium memoria non existit,seu sufficit sciẽtia z patiẽtia ciuitatis Metropolitane,que est caput illius puincie,in qua positum est dictum castrũ,quasi ad illã mediãte eius rectore censeatur spectare de iure communi merum imperiũ.l.illicitas.§.qui vniuersãs.ff.de offi.presid.iunctis no.per Bar.in d.l.j.ff.de dam.infec.cũ si.mouẽtur per no.per Inn.in.c.con querente.de offi.ord.z etiã per no.per Bar.in.d.l.si publica

17 nus.§.fi. ¶ † Preterea presupponit in themate q illi qui tenuerũt dictũ castrum Podij aquilonis recognouerũt quo ad dictũ castrũ in superiorẽ ecclesiã Romanã,merito sufficit allegata prescriptio centum annorum,ex quasi possessione,z vsu iurisdictionis dicti temporis centum annorũ,z psumitur interuenisse scientia ecclesie Romane seu rectoris prouincie,ppter ppinqtatẽ locorũ.c.quosdã.z.c.ɔto.de psum.z ppter publicã famã,iuxta not.in.l.si tutor petitus.de peri.tu.z.xvj.dist.qd dicitis.z notant in proposito docto.maxime Moderni in.dicta.l.si publicanus.§.in omnibus.z Pet.de

18 anch.in consi.cxlij.inci.clarior z breuior erit decisio zc.† Et ex diuturnitate tanti tpis presumitur bona fides dictorum prescribentium,vt no.Inn.in.d.c.ij.in gl.per monachos.de resti.in inte.z Jo.and.in addi.Spe.in tit.de teste.§.nunc vidẽdũ.in prima addi.magna.ver.item opponente zc.z Bar.z Sal.in.l.fi.C.vnde vi.per illum tex.z Ang.in.l.pe.C.quib⁹ nõ obst.lon.tẽp.pscri.z Bal.in repe.l.j.in.iiij.col.C.vnde vi.z Ant.de but.in.c.cum ecclesia.circa vlti.col.de cau.pos.z.d.Abb.in.c.si diligenti.de prescri.Et corroborat dicta presumptio bonefidei ex sententia lata in fauorem dictorũ comitum de ann.M.cclxxvj.per quã declarat illã iurisdictionẽ pleno iure spectare z spectasse ad dictos comites,z ad eor antecessores,† vnde snĩa tribuit titulũ habilem ad vsucapiendũ,et

19 prescribẽdum.l.Põponius.§.si iussu.z ibi plene notat.ff.de acqui.pos.z.l.iij.in fi.ff.de publi.z.l.iij.§.idem querit.ff.de rebus eo.z ex titulo presumitur bona fides.l.pe.ff.de euic.Accedit etiã titulus dicte diuisionis,maxime illius antiquioris que facta fuit de ann.M.cclxxx.qui titulus etiam tribuit iustam causam vsucapiendi,z prescribendi secundum quod legitur z notat in.l.cum solus.ff.de vsuca.z in.l.cum putarẽ.ff.fami.ercis.z in.l.j.C.communia vtriusq iudi. ¶ Accedit etiã titulus concessionis facte in causa transactionis ab homi-

a ¶ Naturã.Sz nõ est ɔ substãtiã si retinet fidelitas, vt dixi i ɔsu.pa risi.ti.j.nu.col. fi.z.§.ñ.gl.iij.colum.j. [illegible]

b ¶ Muliere.s.e.consi.j.nu.24.

c ¶ Motu pprio.de hac cla bal.c.iij.d.col.Feli.[illegible] c.cõstitut⁹.eod.tit.col.iiij.de rescrip.c.cãm q.ij.col.j.C.de testib.Curt.senior.[illegible] ij.col.[illegible] l.iij.[illegible] qd quisq [illegible] Pet.rebuff.infor.mãda.apo.Matth.pacus.e.trac.fo.15 [illegible]

d ¶ Sciẽtia.[illegible] consil.xvj.nu.15.

nibus dicti castri Podij aquilonis, de quo tit. sit etiã mẽtio 20 in illa antiqua sententia, de qua dixi. s. prime. † & qui titul⁹ concessionis & transactionis est habilis ad tribuendum causam vsucapiendi, & prescribendi. l. j. C. pro emp. l. j. & ibi no. ff. eo. ti. & in. l. si pro fundo. C. de trãs. vbi etiã probaret cõmunez opinionem esse in dictis locis, qđ dictũ castrũ Podij aquilonis ante tẽpus dicte concessionis imperialis cũ dicta iurisdictione & dñio fuisset dictorum comitum, & antecessoruz suorũ, istud sufficeret etiã absq̧ prescriptione, dato q̄ testes nihil deponerent de quasi possessione dictoꝝ comitũ, de qua 21 dixi. s. ¶ † Qꝛ in istis antiquis sola communis opinio & fa a ma[a] sufficit ad probandum dominium, vt no. Inn. in. c. veniens. de verb. sig. & ita saluatur gl. in. l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de neg. ge. ẽm Ang. ibi, & in. l. titius. ff. q. mod. pig. vel hypothe. solui. & Ange. in. l. si quis in suo. ff. de condi. inst. & no. Dy. in. l. cum res. in fi. C. de prob. & in. l. si quidẽ. & ibi Bar. C. sol. mat. no. Bal. in. l. conuenticulam. in pe. col. de epis. & cle. & in aut. quas actiones. ad fi. C. de sac. san. eccle. & in. l. cũ super. C. de rei vẽ. & in. l. proprietatis. & ibi etiã Ang. C. de proba. & Bald. in. l. bonefidei. in vl. col. C. de reb. credi. & Anto. de bu. in. c. veniens. el. j. de testi. ¶ Alie ratione principaliter etiam videtur non obstare dictum priuilegiũ imperiale: qꝛ ascẽdẽtes dicti Ugolini nõ sunt vsi dicto priuilegio cum ea plenitudine iurisdictionis & ptãtis, de qua in dicto priuilegio, imo sunt abusi dicto priuilegio, merito priuãtur cõmodo dicti priuilegij, vt i. c. pͥuilegiũ. xj. q. iij. & l. eos. C. de aqueduc. li. xj. & in aut. vt iud. sine quoquo suffra. §. ante. notat Spe. in ti. de inst. edi. §. nũc aũt. ver. pe. & faciũt no. in. c. j. 22 de treug. & pac. ¶ † Deniq̧ potest etiã aliter tolli obstaculũ dicte cõcessionis imperialis: qꝛ cũ illa fuerit donatio cũ plenitudine iuris & iurisdictionis absq̧ vlla reseruatione, non aũt fuerit cõcessio in feudũ, vt. s. dixi, videtur de iure inualida: qꝛ Imperator tali modo donare non põt. nã Imperator dicit̃ Augustus ab augendo: qꝛ augere debet imperium, vt b habet̃ in pͥ. ff. & in prin. inst. & princeps non põt[b] facere alienationẽ in preiudiciũ sui imperij, & dignitatis. c. intellecto. de iureiu. & ibi no. doc. maxime. d. Abb. & istud q̄ talis donatio castroꝝ pleno iure facta ab Imperatore nõ teneat, ꝯcludit Bal. per plura in prelu. feud. post mediũ, in ver. expedita 23 diffinitione feu. &c. † excepta tñ secũdum eũ donatiõe facta c per Cõstãtinũ pape Siluestro[c] qꝛ illa: vt ipse inqt, fuit potius diuinitatis q̄ humanitatis. c. fundamẽta. §. j. de elec. li. vj. & cũ dicta opi. Bal. videtur trãsire Io. de imo. in rubꝛ. ff. de ver. ob. & Ang. in. l. si certarũ. in prin. ff. de test. mil. & idem est de mẽte Bal. in ti. de pac. cõstã. in verbo, successorũ suoꝝ. pro quo facit id quod no. glo. in aut. quomodo opoꝛ. episc. §. j. nec huic cõclusioni obstat opi. illorũ, qui tenent dictã donationem Cõstabtini valuisse: qꝛ posito q̄ illud esset veruz, in quo tamẽ est magna altercatio inter scribẽtes, tñ tenẽtes q̄ valuerit mouentur per rõnes, q̃ nõ militãt in casu nostro, scꝫ q̄ donatio fuit facta ecclesie Romane, penes quã etiam prius erat in habitu iurisdictio illa tpalis, quãuis exercitiũ esset penes imperatorẽ, vt hr̃ in illa authoritate, Ecce duo gladij, que tradit̃, Luce. xxij. c. & in extrauag. Bonifacij octa 24 ui, que incipit, vnã sanctã. † & qꝛ imperiuz processit a Deo, & ab ecclesia, vt plene nota. per Inn. in. c. nouit. de iudi. & in. d. c. lꝫ ex suscepto. de foro compe. & per Bar. in extraua. ad reprimen. in verbo, totius orbis. & Bar. in. l. j. ad fi. ff. de requi. reis. cum si. & idem ptꝫ in alijs rõnibus ex quibus doc. tenuerunt donationem Constantini valere, que non militant in donatione facta alteri quam ecclesie Romane, vt ptꝫ ex notatis per Guli. de cu. Bar. Bal. & Sali. in prin. ff. & per Iacobu. & Sal. in prin. codicis, & per gl. & doc. in cle. j. de iureiur. & p gl. lxiij. di. in. c. ego Ludouic⁹. & Bal. & Ang. in. l. filio quẽ pater. in prin. ff. de lib. & post. & Bal. in. c. gñali. in ti. si de feu. defun. fue. contr. inter do. & agna. & per Ang. in rub. ff. si cert. pe. cum ꝯcoꝛ. traditis in locis. s. alleg. ¶ Tamen qꝛ superiora fundamenta videntur adhuc tutioꝛa: ideo in hoc non arbitroꝛ expedire vlterius insistere. Et per predicta remanent sublata omnia que in ꝯtrariũ obijciebantur. Ex quibus cõcludo dictũ Ugolinum obtinere non posse contra comitem Antoniũ, nec contra dictã Magdalenam aut habẽtem causam ab ea in dicta parte castri & iurisdictiõis, de qua querit̃.

a ¶ Fama. s. e. ꝯsi. consi. xvj. nu. 22.

b ¶ Non põt. s. e. lib. j. consi. xix.

c ¶ [illegible]

d ¶ Alternis. s. e. ꝯsl. vij. co. pe. luc. de pen. l. j. ꝯ cap. ciui. cẽst. exi. li. xi. Io. bertach. tra. gabella. col. xij. Deci. ꝯsil. cclix. Cur. iunioꝛ. tra. feu. p. iiij. q. xxx. Marti. Laudẽ. tra. de princip. §. liij. Alber. Bru. consi. lxvj.

Summarium.

1 Feuda dignitatum de iure non possunt diuidi, sꝫ tamen de consuetudine.

3 Iurisdictio non diuiditur, nisi alternis annis. & num. 17. vel vna cum territorio, vel quantum ad commoda. nu. 4. & 6.

8 Iurisdictio diuidi potest, de voluntate domini feu.

9 Possessio probat dominium ad finem diuisionis.

10 Primogenitus solus succedit in feudis dignitatum.

11 Feuda inferiora etiam vno prouocante diuiduntur.

12 Argumentum a contrario sensu, non habet locum ad correctionem iuris.

16 Diuisio ex longa possessione presumitur pro diuiso, nisi sit multum inequalis.

21 Dominus potest inuito vasallo vel subdito transferre ius suum cum territorio.

22 Feudum potest diuidi domino irrequisito, sic emphyteusis. numero. 23.

Consilium. XXV.

Attẽtis narratis in themate, & viso processu inter spectabilẽ & magnificũ virũ dominum Articum comitem Burliliarũ, & Brugnarie agentẽ ac prouocantem ad diuisionem, & spectabiles ac magnificos viros dominos Brazaleã, & fratres ac Guidonem, & fratres omnes consortes ac comites dictoruz castrorum prouocatos, & se defendẽtes excepto vno, scilicet domino Nic. adulto fratre dicti domini Brazalie, qui mediante eius curatore bonam fidẽ agnoscente acquieuit petitioni prefati domini Artici, videndũ est vtrum stãtibus deductis in pcessu possit obtinere, prefat⁹ Articus circa diuisionem predictã. Et videretur fortasse prima consideratione dicendũ qđ nõ: qꝛ presupponit̃ q̄ dicti comites tenent dicta 1 castra in feudũ comitatus. † Sed feudũ comitatus, & similia feuda habentia dignitatẽ annexã, vt ducat⁹, marchionat⁹, & comitat⁹, non pñt de iure diuidi, vt in. c. imperialẽ. §. pterea ducat⁹. de pbi. feu. alie. per Fed. & legit̃ & notatur in. c. licet. de voto. & not. in. c. si heredes. de test. & in. l. communi diui. in prin. ff. communi diui. & no. Spec. in tit. de feu. §. ij. versicu. xliiij. imo alia feuda inferioꝛa ita demũ videntur posse diuidi si cõsortes voluerint, vt in. d. §. preterea ducat⁹. Sed i casu proposito tractat̃ de feudo comitatus, & exceptis domi. Artico, & domino Nicolao, alij non consentiunt qđ ad diuisionẽ procedat̃: ergo cessare debet diuisio. ¶ Preterea posito q̄ talia feuda reciperent de iure diuisionem, videt̃ qđ in casu proposito dici possit intelligi factã fuisse diuisionẽ per illã quasi possessionẽ, quam pro diuiso vident̃ diuturno tempore dicti comites habuisse, eo qꝛ dominus Articus vno anno creat potestatem & certos officiales in dictis locis & castris: & alio anno creant dicti alij cõsortes, & etiam pro diuiso possederũt habitationes & edificia & predia in dictis castris et villis dictorũ castrorũ vt hec oĩa apparent probata in dicto pcessu p positiones, & respõsiones, ac etiam attestationes partium predictarũ, & ista talis possessio seu quasi possessio decẽ annorum, vel vltra inducit presumptionẽ ita facte diuisionis iter dictos consortes, vt not. per glo. & doc. in. l. pen. C. communi diui. & no. doc. in. l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. here. vbi 2 per Bal. & alios post eum cum simil. † Et potest fieri diuisio inter consortes hoc modo. s. q̄ vtantur seu possideant alterd nis[d] annis, & sic vnus anno, alius alio, vt. l. lucio. cum. l. seq. ff. de aqua quoti. & esti. & ibi Bar. & d. l. communi diui. §. cũ de vsufructu. & in clementi. per plures. de preb. & traditur p Bal. in. d. §. preterea. vnde in proposito dicit Ange. in. l. ij. §. ex his. ff. de ver. oblig. q̄ si res pro qua contẽditur nullo modo põt in diuisione venire inter ipsos contẽdẽtes, recurrit̃ 3 ad iudiciũ diuisorium, allegat. d. l. lucio. ex quo infert † qđ si in vsu iurisdictiõis plures domini eiusdẽ castri non concordant, habet locum inter eos iudicium diuisoriũ, vt alternis vtãtur tẽporib⁹. quinimo ẽm eũ forte ad instantiam subditorũ poterunt ad illud vrgeri cum tẽdat eorũ discordia ad preiudicium subditorum. de quo dicit notari per Innoc. in c. prudẽtiam. de offi. deleg. ita etiã videtur notare do. Abb. in c. fi. in. j. col. de re iudi. vbi dixit qđ si sunt duo domini alicuius castri vel ciuitatis pro indiuiso, & nõ cõueniunt in illius dispositione, quod superioꝛ debet prouidere, vt alternis annis habeant regimina. per id quod voluit gloss. no. xvj. q. iij. in. c. licet. quam reputat menti tenendã, nã dixit ibi glo. q̄ si vna ecclesia est subiecta duob⁹ episcopis, vt quia est in limite vtriusq̧ diocesis. & episcopi non conueniunt in dispositione illius ecclesie, pertinet ad officium superioꝛis puidere. c. null⁹. de iure patro. vel dicti episcopi alternis annis disponãt. arg. l. qties. in prin. ff. de vsufr. ¶ Et postq̄ semel, vt dixi

intelligitur

intelligit esse actū inter dictos cōsortes, q̄ pro diuiso vtant dictis rebus ꝛ iurib⁹, prout hactenus fecerunt, nō videtur ab eo posse discedi, nisi oēs consentiant. l. sicut. C. de actio. et obliga. l. in cōmodato. §. sicut. ff. cōmoda. cum si. tamen premissis nō obstātib⁹ cōtrariā sententiam puto de iure veriorē videlicet q̄ possit ꝛ debeat ꝓcedi ad diuisionē administrationis ꝛ exercitij iurisdictionis dictorū castrorū, ꝛ dependētiū, ac eorum sine quibus cōmode fieri non posset diuisio dicte administrationis ꝛ exercitij, ꝛ cōsequenter dictorū castrorū, ꝓsertim ex infrascriptis. † q2 regulariter iurisdictio⁹ adherēs castro, seu territorio potest vere ꝛ ꝓprie diuidi, sicut ipsa res corporalis, id est castrū ꝛ territoriū, cui ipsa iurisdictio adheret. l. arbor. §. fi. ꝛ ibi no. Bar. ff. cōi diuidū. ꝛ est de mēte Bar. i. d. l. Lucio. ꝛ no. Spe. in. d. ti. de feu. §. ij. ver. xxxiiij. ꝛ Bal. late in. c. vno delegatorū. in pe. ꝛ vlt. col. de offi. deleg. fallit in feudis comitatus, vel ducatus, ꝛ similiū: quia talia feuda ꝛ eorum iurisdictiones, nō pñt proprie diuidi: tamen quo ad administrationē ꝛ vsum iurisdictionis, ꝛ quo ad commoditates possunt diuidi. ita no. Barto. l. inter tutores. in fi. ff. de administr. tut. per illū tex. vbi patet ꝫm verum itellectum ꝛ approbatū, † q̄uis ius tutele cempetens pluribus non possit bene diuidi, tamē administratio ipsius tutele bene potest diuidi, vt ibi, ꝛ. l. ij. C. de diuidenda tutella. ꝛ. l. ij. fi ex pluri. tutelis. ꝛ loquit̄ proprie Bart. in. d. l. inter tutores. in feudo comitatus, ꝛ eius iurisdictione, vt patet dum dicit quod comiti a principe fuerant concessa plura castra in feudū, ꝛ filij eius postea diuiserunt: nam dicit qd̄ nō erat diuisa iurisdictio: q2 diuidi nō pōt, ꝛ allegat dictū. §. preterea ducatus. qui de tali feudo comitatus loquitur. tamen dicit Bar. q̄ illa diuisio tꝫ quo ad administrationē, seu exercitiū iurisdictionis, ꝑ. d. l. inter tutores. ꝛ ita etiā notat Anto. de butr. in. c. prudentiam. circa decimā col. de offi. deleg. vbi etiā ad hoc dicit bene facere id qd̄ ibi no. Inn. iuxta prin. magne gl. dum vult q̄ † lꝫ iurisdictio sit indiuidua quo ad habitū, potest tamē commoditas vsus diuidi inter eos ex quo iurisdictionem habeat ordinariā, ꝛ sic iure proprio, ꝛ iurisdictio remanet indiuisa habitu. ꝛ cum Bart. in. l. inter tutores. concordat etiā Jo. de Imo. in. d. c. prudētiā. in prin. in. vij. col. ꝛ etiā do. Abb. ibi in. iiij. ꝛ. v. col. non discrepat ab opi. Bar. in iurisdictiōe feudali, ꝛ in iurisdictiōe cōpetente in pluribus locis, seu castris. vt casu nostro. ꝛ ita etiā in feudo comitat⁹ tenet Bal. ꝛ Jac. alua. si recte inspiciatur i. d. §. ꝑterea ducatus. ꝛ Dominic⁹ de sancto Gemi. i. c. fi. in vlt. col. de arbi. in. vj. ꝛ Pau. de cast. in. l. vie. ff. de serui. Ad idem bene facit. l. Lucius. cū gl. in verbo patrimoniū. ff. fami. ercis. ꝛ gl. i. l. iubemus nulli. in prin. cū gl. in verbo diuidere. C. de sacrosan. eccl. vbi habet̄ q̄ res, que alias nō poterat diuidi, vt q2 erat minoris. xxv. annis, iuxta. l. si pupillorū. ff. de rebus eorū. ꝛ. l. inter. C. de predi. mi. tamen pōt diuidi quo ad vsum ꝛ administrationē, ac perceptionem fructuum. Ad idem bene facit id qd̄ habet̄ in. l. Caius. §. i. de leg. ij. ꝛ qd̄ per illū tex. not. ibi Cy. ꝛ Joan. de imo. post eum, vbi dicūt q̄ si ex cōsuetudine vel statuto loci non possunt vasalli diuidere feudum ꝛ si diuidant, acquiratur dimidia dño feudi. q̄ si cōtingat vasallos facere diuisionē veram ꝛ plenam vt contingat eos diuidere gratia cōmodioris vel vberioris culture, nō incidūt in penā: q2 prohibitio diuisionis non intelligit̄ de huiusmodi diuisione. ❡ Cōfirmant̄ predicta ꝑ id qd̄ habet̄ in. l. iij. §. fin. de admi. tut. ꝛ quod ibi not. Bar. nam ibi habet̄ † quod licet ius tutele diuidi nō possit, vt. d. l. inter tutores, tñ ipsa administratio pōt diuidi. vñ querit ibi Bar. an hoc sit verum ēt si quidam ex tutoribus volūt qd̄ diuidatur administratio, ꝛ quidam nolūt, ꝛ determinat qd̄ fiat diuisio per officium iudicis etiā illis inuitis. allegat. l. ꝛ puto. ff. fami. ercis. ꝛ. l. cōmuni diui. §. si duo. ff. cōi diui. bene facit. l. ꝛ si non omnes. in princi. eo. tit. ergo idē dicendum est in diuisione administrationis bonorū ꝛ iurium feudi comitatus cum de vno inferatur ad aliud ex similitudine rationis per. d. l. inter tutores. cum ibi not. per Barto. ad fi. iuncto. d. §. preterea ducatus. Fortificantur etiam predicta per ea que traduntur per Jo. And. in addi. Spe. in tit. de feu. in Rubrica. in. vij. colū. in versi. non omittam ꝛc. vbi dixit qd̄ cōiter in Italia ꝛ certis partibus Alemanie exceptis regnis alie dignitates diuidūtur: vt ducatus, comitatus, marchionatus, ꝛ his similes cōtra id qd̄ habetur in. d. §. preterea ducat⁹. nec seruat̄ secūdum eñ ex cōsuetudine ius primogeniture in illis sed equalibus portionib⁹ diuidūt illa feuda sicut allodia, vt ibi lati⁹ ꝑ eum. ꝛ idē voluit Oldr. in cōsi. cccxxvij. inci. perlectis ꝛc. † vbi etiam cōcurreret volūtas dñi ipsius feudi. tenēt doc. qd̄ vera diuisio feudi comitat⁹ ꝛ ius iurisdictiōis posset fieri, sicut fit de alijs feudis: vt no. And. de iser. in. c. j. i. fi. de feu. mar. vbi etiā dicit q̄ quidā talia feuda ex cōsuetudine diuidunt. ꝛ cōstat ex attestationibus testium maxime receptorū pro parte dicti domini Artici, q̄ dicta duo castra cū suis ꝑtinentijs possidētur. ꝛ ita possessa sunt cōmuniter: ꝛ ꝓ indiuiso per dictū dominum Articum, ꝛ dictos eius cōsortes litigātes i p̄senti iudicio qui testes domini Artici sunt numero. 13. ꝛ potissime hoc probat dominus pꝛ̄sbyter Barto. ꝛ ser Lud. de zambelinis. ꝛ ser Lod. bazana de Brugnaria, ꝛ ser Franciscus de rucaio, ꝛ ser Antonius quondā ser Azonis de brugnaria, ꝛ domin⁹ Nicola⁹ quōdā dñi Jo. de balueso no. ꝛ idē probatur per q̄plures sentētias in causis criminalibus latas cōmuniter per dictos cōsortes tanq̄ habētes cōmuniter iurisdictionē in dictis castris. Est etiā ꝓbatū q̄ in dictis castris ꝛ iurisdictionib⁹ medietas omniū emolumētoꝝ ꝛ cōmoditatū, ac ꝓuētuū spectat ad dictū dñm Articū ꝛ alia medietas ad dictos dominos eius cōsortes, prout ēt vtraq̄ pars fatet̄ in positionibus ꝛ respōsi. ad eas. ꝛ probatur etiam ꝑ dictos testes, ꝛ ꝑ cōsequens intelligit̄ dñs Articus possidere pro dimidia: q2 perceptio fructuū arguit ꝛ ꝓbat ipsam possessionē in dubio. l. Titia. ꝛ ibi doc. ff. de sol. et in. l. ij. C. de acqui. pos. ꝛ in. l. litibus. C. de agrico. ꝛ cēsi. lib. xj. cum si. † ex tali possessione presumitur dñium quantum ad hoc iudicium diuisoriū in quo dñium venit incidēter, ideo sufficit ꝓbari de tali possessione, etiā si aliter de dominio nō probaretur ꝑ inuestituras dicti dñi Artici, ꝛ dictorum consortium. ita no. Bar. in. l. cōmuni diui. §. inter predones. ff. communi diui. ꝛ pater ex no. per Bar. plene in. l. penul. fi. de condi. insti. ꝛ. in. l. ij. C. communi diuidun. ꝛ legitur ꝛ no. in. l. j. ff. fami. ercis. ꝛ in. l. sicuti. §. sed si queraꝛ. ff. si seruitus vēdi. ꝛ ideo ex predictis apparet fundatā esse intentionē dicti dñi Artici, quo ad ea que sibi incumbunt ex natura dicti iudicij diuisorij, vt patet ex no. per Bar. in locis proxime allega. ꝛ ꝑ no. per eundem in. l. j. ꝛ in. l. ad officiū. C. cōmuni diuidū. Et hec venient corroboranda ex his que infra dicent̄ respondēdo ad allegata ꝛ obiecta in cōtrarium. Et primo nō obstat id quod habet̄ in. d. §. preterea ducat⁹. cū simi. vbi habetur quod feudum comitatus. ꝛ eius iurisdictio nō recipit diuisionem, q2 respondetur q̄ posito q̄ feudum comitatus. ꝛ eius iurisdictio diuisionē nō recipiat verum est de vera diuisiōe feudi ꝛ iurisdictionis, sed bene recipit diuisionē quo ad administrationē ꝛ exercitium iurisdictionis, prout est petitum per dñm Articum, vt probatur in. d. l. inter tutores. cū ibi no. per Bar. cum concordant. supra allegatis. ❡ Preterea, vt dicit Joan. And. in addi. Spe. in. d. rub. cum concord. supra allegātis communiter in Italia ex consuetudine, feuda comitatus diuidunt̄: nā ducatus, marchionatus, ꝛ comitatus, dicuntur dignitates regales. c. j. de feu. mar. ꝛ ibi notāt doc. maxime Bal. ꝛ Bar. in. c. vno delegatorū. in pen. col. de offi. dele. † ꝛ in huiusmodi regalibus dignitatib⁹, si aliud de cōsuetudine nō apparet: succederet tm̄ filius primogenitus, non autem succedunt omnes filij equaliter. c. licet. cum gl. fi. de voto. Et proprie in feudo marchie, vel ducatus vel comitatus traditur per Bar. consi. lxxij. inci. ex facto proponit̄ q̄ nobiles ꝛc. in. iij. vel. iiij. col. ꝛ hoc etiam aperte dicit And. de iser. in preallleg. §. preterea ducatus. in prin. ꝛ etiam sentit. d. Abb. in. d. c. prudentiam. circa. iiij. col. ꝛ ideo tex. in. d. §. preterea ducatus, dixit q̄ nō diuidunt̄ feuda taliū dignitatū: tñ videmus q̄ ex cōsuetudine seruatur q̄ imō in comitatu succedūt omnes equaliter, vt etiam in presenti feudo ptꝫ: et ita videmus cōiter in Italia seruari in feudis comitatus, ꝛ ꝓpterea ptꝫ cōsuetudine esse abrogatū illud qd̄ tradit̄ in. d. §. preterea ducatus. ❡ Non obst. q̄ alia feuda inferiora ita demū pñt diuidi si cōsortes voluerūt per. d. §. ꝑterea ducat⁹. in scdo rñso. † q2 rñdeo q̄ contrarium est de iure verius. s. q̄ ēt qñ aliqui ex cōsortib⁹ volunt q̄ ad diuisionē ꝓcedat, aliq nōl: tñ debet fieri diuisio[b] iuxta id qd̄ habet̄ in. c. oēs filij. in ti. si de feu. fue. contro. inter do. ꝛ agna. ꝛ in. c. j. §. item si duo. quib. mo. feu. amit. ꝛ in. c. j. de nat. succes. feu. ꝛ in. c. pe. de prohi. feu. alie. ꝑ Lothar. iuncta. l. ꝛ si nō oēs. in prin. ff. cōi diui. ꝛ patet ex no. per Bar. in. l. iij. §. fi. ff. de admi. tuto. iuncta. d. l. inter tutores. cum ibi no. per Bar. ad fi. ꝛ hoc clare determinat And. de iser. in preallegato. §. preterea ducatus. vbi inqt q̄ illa diuisio feudi de qua ibi est alienatio necessaria: quia etiā inuitus cogit̄ per iudicē ad diuisionē faciendā. l. Julianus. §. idē Celsus. ff. de act. emp. ꝛ. l. si pupillorū. in prin. ff. de reb⁹ eo. ❡ Nec obstat tex. i. d. §. ꝑterea. q2 rñdet̄ primo q̄ tex. ibi nō reqrit q̄ oēs ꝯsortes velint diuidere: ꝛ satis est q̄ aliq velint, vt in ꝓposito nostro: q2 dñs Artic⁹ ꝛ dñs Nicola⁹ cōsentiūt q̄ faciūt maiorē partē cū debeat haberi respect⁹ ꝛ ꝯs

[a] ❡ Jurisdictio. Jmo. dicas q̄ ēt cū territorio nō pōt diuidi multiplicādo tribunalia. ꝫ hoc dꝫ ꝓcurator regius īpedire, nisi constet de cōmodo publico propter distātiā locorū, vt dixi i. cōsu. parisi. §. x. nu. 25. §. cxxij. sed valde cauēdū hc, vt nimiū sepe, publica vtilitas ꝑtexꝉ auaritie quorundā, nihil eñ turpi⁹: nil deco ros⁹ ꝛ pnicios⁹ reipu. q̄ sanctā iustitie administrationem questuariam esse.

[b] ❡ Diuisio. s. eo. consi.

derari maior pars respectu rate ipsius feudi, ꝛ nõ respectu numeri psonarũ.l.maiorẽ.ff.de pac.l.fi.C.q bo.ced.pos.l.sancimus.ver.ne aũt.C.de don.ꝛ qđ no.Bar.in.l.iiij.§.Cato.in vlt.q.ff.de verb.ob. ¶ Preterea tex.in.d.§.pterea.si quo modo innuit qđ regraꝛ qđ cõsortes velint diuidere.illud solum innuit tex.ibi a cõtrario sensu† sed tale argumẽtũ a cõ
12 trario sensu,nõ dꝫ sumi qñ ex hoc resultaret correctio iuris cõis.l.cõuẽticulã.cũ ibi no.C.de epis.ꝛ cle.l.nemo.cũ ibi no.C.de iurisd.om.iud.notatur in.c.significasti.de fo.cõpe.ꝛ in c.vnico.de eta.ꝛ quali.in.vj.ꝛ in cle.j.de sentẽ.excõ.sicut dicimus in statuto:qꝛ lꝫ in loco vbi statutũ cõditũ est,preualeat iuri cõi:tñ hoc est verũ in his q̃ sunt expresse disposita in statuto sed decisio q̃ resultaret a ꝯ̃rio sensu statuti nõ preualeret iuri cõi,vt no.Bar.in.l.oẽs populi.in.vj.q.principali.ff.de iust.ꝛ iure.Jac.but.ꝛ Bar.in.l.j.ff.de offi.eius cui mand.est iurisd.ꝛ Bal.i.l.apud antiquos.C.de fur.ꝛ i.l.j.C.de inuti.stip.ꝛ Cal.ꝛ Fulgo.post alios in.d.l.cõuenticulã.ꝛ Jo.de Jmo.ꝛ Raph.in.l.qui testamẽto.§.mulier.post Bal.ibi.ff.de testa.ꝛ Ant.de but.ꝛ alij post eum.in.c.cum apostolica.de
13 his que fi.a prela.† qꝛ correctio iuris cõis fieri nõ debet, nisi vbi reperiꝛ correctio exp̃sse facta.l.pcipimꝰ.ad fi.C.de appella.sꝫ argumẽtũ resultans a cõtrario sensu nõ est exp̃ssa puisio,sꝫ tacita,ꝛ subintellecta,ac cõiecturata,vt no.gl.i.l.ij.C.de cõdi.inser.ꝛ ibi Bal.ꝛ.l.iurisgẽtium.§.dolo.cum gloss.j.ibi Bar.ff.de pac.ꝛ probatur in.l.apud antiquos.in vbo cõiecturã.ꝛ in.l.pecuniã.in verbo tanq̃.ff.si cer.peta.ꝛ in.d.c.cũ apostolica.in verbo indirecte.ꝛ illđ qđ p cõiecturas cõprehẽdiꝛ,nõ dicit p̃rie scriptũ.l.j.ff.si tabu.testa.exta.bene facit qđ no.gl.in.c.cupiẽtes.§.q̃ si p viginti.de elec.i.vj.vbi gl.voluit,qđ per istas subauditiones ꝛ tacitos intellectꝰ nõ debet induci correctio iuris cõis.ꝛ confirmatur hoc p not.p Bar.in.l.cũ oportet.in prin.in vlt.col.de bo.que libe.ꝛ.l.ij.
14 de suis ꝛ legiti.† vbi inquit,qđ in causis feudalibus dꝫ seruari ius cõe,nisi in casibus in quibꝰ reperiꝛ expresse statutũ cõtrariũ p cõstitutiones feudales.allegat.c.j.de cogni.feu.ꝛ.c.j.de gradi.succe.in feu.sed illud qđ resultat a ꝯ̃rio sensu,nõ diciꝛ expresse cautũ,vt p̃rime dixi:ergo nõ dꝫ a cõtrario sensu illius.§.preterea.corrigi ius cõe,volens qđ nõ requiraꝛ q̃ oẽs cõsortes ꝯsentiant ad hoc,vt possit ad diuisionez procedi,vt.d.l.ꝛ si nõ oẽs.in prin.cũ si.ff.cõi diui.pro hoc ẽt facit,qꝛ ẽm gl.scđam in.d.c.j.de cogni.feu.nõ sufficit esse aliquid decisum p argumenta surgẽtia ex cõstitutionibꝰ feudalibꝰ,vt per hoc recedi debeat a iure cõi.sed inductio que fit a cõtrario sensu nõ diciꝛ esse ꝯiectura,sꝫ argumẽtũ,vt.d.l.apud antiquos.ergo nõ sufficit qñ in cõtrariũ est ius cõe.

¶ Nõ obst.etiã id qđ no.gl.in.d.l.cõi diui.in prin.in glo.ij.in fi.dum gl.ibi colligit argumẽtũ qđ feudũ inter heredes vasalli diuidatur,qꝛ rñdeo,vt ad illã gl.rñdet Bal.in.d.§.preterea.in.ij.col.s.q̃ illa gl.habuit respectũ ad penam,scilicet qđ si feudũ diuidaꝛ,ꝛ pro parte censeꝛ in fidelitate,totũ feudum incidit in commissum.nõ obstat q̃ fuerit inter plures heredes diuisum alias si diceremus q̃ illa glo.voluerit absolute dicere qđ feudũ diuidi nõ possit,esset cõtra tex.i.d.c.oẽs filij.cũ cõcor.supra allegatis. ¶ Nõ obst.etiã q̃ videatur inducta diuisio ex vllo vsu:ꝛ quasi possessione diuturno tpe creãdo ptãtẽ alternis annis,vt.s.dixi,qꝛ ad hoc rñdeo.qꝛ nego p ea q̃ in processu pbata sunt cõstare legitĩe de diuisione:adeo qđ nõ possit de iure fieri illud qđ p pte dñi Artici petitũ est.nã q̃uis alternis dictꝰ annis dñs Articꝰ:ꝛ dicti eiꝰ consortes crearẽt ptãtem,qui habebat exercere iurisdictionem in castro porciliiorũ,tñ quolibet anno dñs Articus ponebat duos iuratos,ꝛ alij cõsortes alios duos iuratos,quolibet anno qui oẽs simul haberent ius reddere iurisdictionem exercere,ꝛ sic apparet qđ exerceꝛ iurisdictio simꝉ.
15 † Jtẽ oẽs cõdemnationes pecuniarie seu mulcte,ꝛ oĩa emolumẽta q̃ pcipiũtur ex vsu dicte iurisdictiõis,sunt cões ꝛ cõmunia dicti dñi Artici,ꝛ oĩ cõsortiũ singulo anno,ex qua perceptiõe fructuũ daꝛ intelligi qualiter possideaꝛ.d.l.Titia.ff.de so.cum ibi no.ꝛ.d.l.scđa.ꝛ ibi Bar.C.de acqui.pos.ꝛ ideo cum fructus,qui percipitur sit cõis,sequitur qđ possessio sit cõis:ꝛ propterea locus est diuisioni, vt sic fructus in futurũ percipiendi non sint communes nec administratio aliquo modo sit cõis,ꝛ de cõmuniõe non solũ iuris ꝛ dñij sꝫ etiã exercitij ꝛ administrationis:ẽt patet ex multis alijs actibus,ꝛ exercitijs cõibꝰ:qꝛ etiã eo anno quo dominꝰ Articus creat potestatem in dictis castris:tamen custodiri fecit nomine suo,ꝛ omnium consortũ festa mercata.ꝛ ita alio anno faciunt consortes sui.Jtem cõmuniter ꝛ pro indiuiso semper vendũt seu locant datia in dictis castris.similiter expensa fit cõiter per dictos cõsortes in fabrica,vel alijs concernentibus bonũ ꝛ vtilitatẽ dictorum castrorum. Jtẽ precones ceantur in dictis locis de consensu omnium,ꝛ cancellarius in castro Brugnarie.similiter creaꝛ de consensu oim ꝛ sñie que in cãis criminalibus ferebantur, proferebantur sub noĩe tam domini Artici q̃ consortum in dictis castris prout hec oĩa verificantur in processu, ꝛ precipue ex positionibus dñi Artici ꝛ responsionibꝰ factis per cõsortes suos ꝛ ex sentẽtijs productis.ꝛ per hec pater non obstare qđ ĩ castro Brugarie dñs Articus cõsuetus sit vno anno creare potestatem,ꝛ cõsortes sui sint cõsueti creare potestatem ibidẽ alio anno,absq̃ eo q̃ fiunt oẽs consortes,constituant ibi aliquos iuratos:qꝛ dico hoc excepto, alia fiunt per omnes consortes simul,ꝛ communiter etiã in castro Brugnarie:qꝛ communiter creatur cancellarius,ꝛ similiter pretores,ꝛ vẽdũtur seu locanꝛ cõiter dacia,ꝛ omnia emolumenta que inde percipiunꝛ sunt cõia,ꝛ diuidẽda postea inter eos,ꝛ similiter omnis expensa fit cõi nomine,ꝛ custodiuntur mercata,ꝛ festa,ꝛ ideo cum quo ad castra ꝛ vsum iurisdictionis lõge magis plures sint effectus ꝛ actus communionis q̃ diuisionis,ꝛ sic magis participent de communi quã de diuiso, non potest iudicari de dictis castris ꝛ iurisdictione seu eius exercitio,prout de rebus diuisis.l.queriꝛ.ff.de sta.ho.l.leg.§.si vnus.ff.de leg.iij. ¶ Cõfirmo p ea que notanꝛ p Ray.ꝛ etiã p Bald.in.d.pe.C.communi diui.in.j.ꝛ.q.ij.vbi dicunt
16 † qđ lꝫ fuerint varie opiniones inter doc.ibi, an si vna res q̃ erat communis duorũ dominorũ fuit lõgo tẽpore decẽ vel xx.annorũ possessa separatim,seu pro diuiso per ipsos dominos intelligaꝛ ꝛ presumaꝛ diuisa.tamen tenẽdo opinionem illorũ,qui voluerũt qđ sicut ibi voluit gl.debet illud intelligi.nisi ex alijs cõiecturis cõprehẽdi vel presumi possit, q̃ domini nõ habuerint animũ diuidendi,lꝫ ita separatim possiderint, vt portiões pro quibus separatim possederũt, erãt valde dispares,[a] ꝛ male conueniẽtes portionibus, que iure dominij spectabant ad illos duos dños:quia non erat putandũ qđ ex illa lõga possessiõe separata voluerint ita sibi piudicare,ar.l.cũ de indebito. in prin.ff.probat.ꝛ.c.super hoc de renũ.Jta ergo in proposito,nã q̃uis dominus Articus creauerit ptãtẽ vno anno ĩ dictis locis,ꝛ alio anno creauerint consortes sui,ꝛ ita fortasse alternatim per aliquos annos continuauerint:tamen per hoc non intelligitur qđ diuiserint dicta castra,ꝛ vsum ac exercitiũ iurisdictionis,sꝫ q̃ istud fecerint:qꝛ nõ ita facile se cõcordassent omnes consortes in electiõe vnius potestatis singulo anno.ꝛ hoc colligiꝛ propter alias multo plures cõiecturas ꝛ euidẽtias,que arguũt non diuisionẽ sed cõionẽ dictorũ castrorũ ꝛ administrationis curiũ ꝛ iurisdictionũ p actus plures quos p magna parte supra explicaui.ꝛ ideo vna presumptio tollit aliã l.diuus.ff.de in integr.rest.l.j.C.ad.l.cor.de sicar. ¶ Quinimo posito qđ constaret de tali diuisione facta quo ad vnũ actum gratia commodioris electiõis magistratus seu potestatis cũ nõ sit facta plene diuisio quo ad totalẽ vsum ꝛ administrationem iurisdictiõis nõ censetur esse facta diuisio.d.l.Caius.§.j.ff.de leg.ij.cũ ibi no.p Cy.ꝛ moder.quorũ vba supra retuli. ¶ Nõ obstant ẽt que notanꝛ p Ange.in.d.l.ij.§.
17 ex his.ff.de ver.ob.dũ dicit† qđ si in vsu iurisdictionis plures dñi eiusdẽ castri nõ cõcordãt hꝫ locũ ĩter eos iudiciũ diuisorium vt alternis vtanꝛ tẽporibus, qꝛ rñdeo q̃ imo illa decisio potius fecit p dño Artico:qꝛ fateꝛ Ang.qđ põt habere locũ iudiciũ diuisoriũ.ꝛ lꝫ subiũgat vnũ modũ diuisionis.s.q̃ alternis vtanꝛ tẽporibꝰ nõ tñ negat qn alijs modis possit fieri diuisio etiã qñ tractaꝛ de iuribus incorporalibꝰ adherẽtibꝰ alteri rei corporee,vt đ vsufructu vꝉ simili iure: qꝛ põt fieri diuisio assignãdo vni vnã partẽ illius rei corporalis ex qua pcipiat vsumfructũ ꝛ alio cõsocio aliã ptẽ: vel q̃ vtanꝛ alternis annis seu tẽporibꝰ,vt.d.l.cõi diui.§.cũ de vsufructu.ꝛ.l.arbor.§.fi.in verbo mẽsura aut opibꝰ.ff.cõi.diui. ¶ Preterea in casu ĩ quo loqꝛ Ang.tractabaꝛ de diuisiõe vnꝰ castri tñ:quo casu nõ dꝫ iudex pcedere ad diuisionẽ vniꝰ ꝛ eiusdẽ territorij.ne ĩ eodẽ castro videaꝛ eẽ duo dñi sepatim,ꝛ sic duo capita ĩ eodẽ castro:qꝛ videreꝛ quasi monstrũ qđ esse nõ dꝫ.c.qm̃ in plerisq̃.ver.phibemus.de of.or.ꝛ qꝛ tenderet ĩ preiudiciũ publicũ illius loci ideo fieri nõ dꝫ
18 l.fi.C.si cõtra ius vel vtili.publi.† que rõ cessat qñ tractatur de diuisiõe duorũ castrorũ aut pluriũ quorũ vnũ pt assignari vni,aliud alij.ꝛ istã differẽtiã ꝛ cõsiderationẽ notabiliꝛ tradidit.d.Abb.i.d.c.prudẽtiã circa quartã ꝛ.v.col.si recte consideretꝛ. ¶ Sꝫ in casu nostro duo sunt castra in quibus dñs Articꝰ hꝫ dimidiã alij cõsortes aliã dimidiã,ꝛ p ꝯ̃ns põt vnũ castrũ assignari dño Artico,ꝛ aliđ alijs cõsortibꝰ.ꝛ vbi esset disparitas castrorũ:tũc đberet iudex puidere q̃ illi cui assignabit

[a] ¶ Dispares.s.lib.ij.cõs.xcij.

assignabit castrũ maioris valoris, satisfaciat alteri pari pretio. l. ad offm̃. C. cõi diui. ⁊ isti. de offi. iud. qđ si de vna. ⁊ eodẽ modo rñdeť ad no. p. d. Abb. in. d. c. fi. de re iud. ⁊ ad no. p gl. in. d. c. lz. xvj. q. iij. q2 loqť q̃n discordia erat inter duos dominos vnius castri tantũ, nõ aũt pluriũ castrorũ. ¶ Preterea i casu suo nemo petebat diuisionẽ fieri, hic sic. Et per hec remanent soluta omnia que in contrarium allegata fuerunt.

19 ¶ † Circa aliud dubiũ quo q̃ritur, an subditi possint hmõi diuisionẽ impedire, ⁊ videreť prima cõsideratiõe dici posse ꝙ sic per id qđ voluit gl. in. l. inuit⁹. ff. de fideicom. liber. que ex illo text. colligit argumentũ, ꝙ dñs nõ põt ius qđ habet in vasallos ⁊ subditos suos trãsferre in aliũ inuitis vasallis, ⁊ no. Ho. ⁊ Io. and. i. c. dilecti. de maio. ⁊ obed. vñ Bal. in. c.

20 in gñali. in ti. si de feu. defunc. fue. cõtro. īter do. ⁊ agna. † que siuit an rex Francie possit alienare vnam de ciuitatibus regni, inuitis ciuibus: ⁊ respõdet ꝙ nõ, allegat no. p Hosti. in d. c. dilecti. ⁊ iõ hz eũ q̃n Cõstãtinus donauit vrbẽ pape Siluestro, fecit cũ cõsensu populi, vt patet in palea Cõstantin⁹ xcvj. dist. facit etiã ꝑm eũ id qđ habeť in. d. l. inuitus. ⁊ in. c. intellecto. de iureiur. ⁊ meli⁹ probari vř in. d. §. ꝑterea. ibi dũ tex. dĩt: nec dominus sine volũtate vasalli feudũ ad aliũ trãsferat, vt no. Pet. ⁊ Cy. in. l. j. C. de noua. ⁊ etiã Dyn. i. l. ij. in prin. ff. so. ma. nisi imminẽtis necessitatis cã id faciat, arg. l. patron⁹. ⁊. l. medic⁹. ff. de ope. liber. ꝑm eũ. ⁊ ita etiam videť velle Jo. An. in addi. Spe. i tit. de feu. §. ij. in addi. incip. et hanc rõnẽ ⁊c. facit ꝙ no. Inn. in. c. auditis. de prescript. vbi dixit, ꝙ sicut interest dñi non perdere subditos, ita interest

21 subditorũ nõ mutare dñm suũ. ¶ † Tamẽ ꝯtrariã sñiam vt de iure veram approbo: quia quãdo dominus vult transferre ius qđ habet in subditũ, vel vasallũ, vna cũ territorio vł

a curia[a] seu feudo, nõ aũt transfert separatim solũ ius qđ hz in subditum vel vasallũ, ⁊ potest hoc facere non attenta volũtate subditi, vel vasalli, vt ꝓbatur in. c. ij. §. ex eadẽ. i tit. de lege cõra. ⁊ no. Jac. de are. ⁊ Bal. i. l. ij. i prin. ff. so. ma. in. l. si plures. in. ij. col. C. de condi. inser. ⁊ Bal. in. l. ij. C. de don. ⁊ facit. l. quedam. ff. de acq. rerum. do. ¶ Preterea lz in alienatione translatione, que fit ex alia cã q̃ diuisionis doctores varie loquãť, tñ in diuisione vř vera cõclusio, ꝙ nõ attẽdatur voluntas subditorũ, sicut etiã videmus ꝙ licet iura ⁊ do. vidẽtur varie loq in illo articulo, an dñs possit alienare ⁊ trãsferre iura que habet in vasallos, nõ cõsentientibus vasallis, vt plene legitur ⁊ no. in. d. §. ex eadẽ. ⁊ in. d. §. preterea. cũ concordan. supra allegatis: tñ aliud est quando per diuisionem factã circa feudã fit trãslatio, vt no. Spe. in tit. de feu. §. ij. vš. xxxi. ⁊ Bal. in. l. si plures. in. ij. col. C. de cõdi. inser. vbi hoc expresse tenet. ⁊ pro hoc bene facit tex. in aut. de liti. circa prin.

22 † vbi licet res litigiosa nõ possit alienari, tñ si reus lite pẽdẽte decessit, poterit inter heredes ipsius diuidi. Itẽ videmus ꝙ licet vasallus regulariter nõ possit alienare feudum, sine voluntate dñi. d. c. imperialem. in prin. ⁊ in. c. j. de alie. feu. tñ si sunt plures descendẽtes vnius vasalli habentes feudũ, pñt

b regulariter diuidere[b] irreq̃sito dño. d. c. oẽs filij. si de feu. fue. cõtro. inter do. ⁊ agna. ⁊. c. j. de na. suc. feu. ⁊. c. j. §. itẽ si duo. in ti. qui. mo. feu. ami. Bene facit ꝙ no. Bar. in. l. si domus. §. fi. in fi. ff. de leg. ⁊ in. l. q Rome. §. duo fratres in. x. q. ff. de verb. obli. ⁊ in. l. ⁊ ideo. in prin. ff. de cõdi. fur. ⁊ in. l. cũ hi. §. si vni. cũ §. seq. ff. de transac. ⁊ in consil. ancip. ex themate predicto tria

23 dubia oriuntur. vbi similiter cõcludit † ꝙ lz emphyteute nõ possint alienare irrequisito dño, tamen bene pñt inuicem diuidere sine requisitione vel cõsensu dñi. Sic etiam videmus, ꝙ iurisdictiones, q2 sunt imperatoris, vendi nõ possunt per inferiores vt no. Bal. in. c. j. in fi. in tit. que sint regal. per illũ tex. ⁊ no. etiã Bal. in. c. j. ad hec. per illum text. de pace iur. fir. nisi aliter se habeat cõsuetudo, vt per eũ in. c. si inter pares. §. j. de lege cõra. ⁊ in. c. j. de feud. mar. tñ possunt diuidi vt per Bar. in. l. arbor. §. fi. ff. communi diui. cum concor. secundum qđ fuit discussum in ꝑcedenti dubio, ⁊ nemo doctorũ requirit ꝙ interuenire debeat cõsensus subditorũ in dicta diuisione. ⁊ tantomagis q2 in hoc videtur versari potius fauor subditox: q2 si plures habẽt dominos, facile est ꝙ sepe disentiãt. ⁊ ita impediãť vsus ⁊ exercitiũ iurisdictiõis: q2, vt dicit text. in. l. item si vnus. §. principalium. ff. de arbi. ⁊ in. l. j. ff. de libe.

24 vniuer. † faciles sunt homines ad dissentiendum. ⁊ propter hoc vtilius est qđ regãtur subditi ab vno principe. vij. q. j. in apibus. ⁊ tradunt doc. in. d. §. preterea. vbi etiã referũt Ari

c stotelẽ idẽ[c] affirmantem. ⁊ ideo fuit inductũ de iure, ꝙ in regno, ducatu, marchionatu, ⁊ comitatu, primogenit⁹ tñ succederet. c. licet. de voto. ⁊ ibi not. ⁊ dixi in precedenti dubio.

toniũ,sed etiam dictos filios Melli non extante dicto Anto
nio: ergo apparet qḋ testatoꝛ substituẽdo ĩ dicto casu filios
Melli,non intellexit substituere descẽdentibus Antonij, seu
substitutionẽ eis factã restringere ad partem hereditatis, in
qua erant instituti filij dicti Melli,qꝛ stare non potest qḋ filij
Melli veniãt ex substitutione ad bona, que erãt ipsorummet
filioꝝ Melli ex institutione. Item quia testatoꝛ adiecit signũ
vniuersale dicẽdo,omnia bona. Ergo qui omne dicit ꝛc.l.in
lianus.ff.de leg.iij.c.solite.de maio.ꝛ obe. ¶ Fortifico cõclu-
sionẽ predictã per ea que notat Bar.in.l.cum tale.§.fin.ff.de
5 cõdi.ꝛ demon. † vbi voluit qḋ si precedunt verba testatoris
enunciatiua relicti titio,ꝛ postea titius ipse grauatur a te-
statore in eo de quo facta erat dicta enũciatiua, cũ quis illa so
la enũciatio nõ sufficeret ad inducẽdam dispositionẽ ꝛ reli-
ctum.d.l.cũ tale.§.fi.ꝛ.l.ex his.C.de testa.mili. Tamen gra-
uamẽ successiue de eadẽ re iniunctũ facit qḋ perinde est ac si
testatoꝛ expresse reliquisset ei quem grauauit, per.d.l.deniqꝫ.
§.interdũ.ff.de pec.leg. Et in hoc cũ Bart.cõiter transeunt
alij in.d.l.cũ tale.§.fi. Et Jo.de imo.in.l.centurio, preallega
ta.in.xviij.col.ꝛ sequẽti.ꝛ Bal. ponit in.l.j.C.de fal.cau.ad-
iec.leg.in versi.quero,testatoꝛ dixit ita ꝛc. bene facit qḋ not.
Bar.in.l.hac scriptura.ff.de bona.in.ij.vel.iij.col.in versic.
Sed cõtra ꝑdicta videtur de vsufru.l.proculus.ꝛc.ꝛ inversi.
venio ad tertiũ ꝛc. ¶ Aduerte quia Bar.loquitur quando
fuit facta mẽtio de re certa ꝛ determinata. secus in casu no-
stro.vnde videt̃ obstare id qḋ no. Bar.in.d.l.ex hac scriptu-
ra.in versi.opp.de.l.titia.vel melius hic quando dixit testa-
toꝛ bona perueñta,pote ĩ intelligi ab intestato, vel intellexit
de bonis que ex priori subſtõne deuenissent ad filios filioꝛum
Antonij,quos expresse vocauerat in substitutiõe facta filijs
Melli. Sed dictus Laurẽtius testatoꝛ etiã enunciatiue men
tionẽ fecisse videtur de relicto dictorum bonorũ, facto etiam
alijs descẽdentibus vltra filios dicti Antonij,vt sonant illa
verba testatoris.s.qḋ omnia bona et iura dicte hereditatis
perueñta,ꝛ perueniẽda ad dictos filios masculos,ꝛ alios de-
scẽdẽtes masculos dicti Antonij ex hereditate dicti Laurẽ
tij perueniãt ꝛc. ¶ Et etiã grauamẽ iniunxisse videtur nepo
tibus ꝛ descẽdentibus Antonij,vt.s.prime probaui,per ea
que traduntur in.d.l.qui duos.cũ simi. Ergo videtur testa-
toꝛ per illa verba tacite reliquisse dictis nepotib⁹. ¶ Corro
borantur predicta per ea que ponit Pet.de ancha.in consil.
lxxiiij.incip.cõtra Philippum ꝛc.vbi concludit qḋ posito
quod opinio gl.ac Bar.ꝛ sequacium in.d.l.lucius.ff.de he-
redi.insti.esset vera,videlicet qḋ illa verba,si sine liberis he-
res meus decesserit, apposita in ɔditione substitutiõis facte
heredi,non operãtur qḋ testatoꝛ videatur ex testamento vo
casse liberos,seu descẽdẽtes heredis,eo casu quo extent. Ta-
men secũdum eum illa opinio potest procedere quãdo testa
toꝛ post gradum filiorũ decedentium sine liberis non proui
dit de alio substituto in defectũ omnium liberorũ. Sed sim-
pliciter substituit testatoꝛ vnũ filiũ alteri decedenti sine libe
ris. Sed si ꝑuidit de scḋo,tertio,ꝛ vlteriore substitutis: vt
quia post predictã simplicem substitutionẽ prouidit in casu

a ¶ Ipsis.hec est prima ratio in qua fundatur Alex.secũdã tãgit in fi.ɔsi. q
toꝛ ad plures gradus substitutionum processit.tertia colligi poterat ꝑp
bũ masculis,quo testatoꝛ vsus est. Sed qꝛ thema omissum fuit inprimis,
paret an masculi tñ fuerint instituti,nec etiã Alexã. in hoc facit qḋ verisi
nõ omisisset.hãc tertiã rõnẽ omitto.modo aduerte: qꝛ puto Alex.male hic
luisse et l3
rõnẽ vcʒ
ti in ɔdit
sentur vo
etiã onus
iniunctũ
tur Soci
lio.in.ij.
ga.j.et in
glix.col.ij
ccl.col.fi.
lxij. nu.
lib.iij. ¶
eo.C.de
Cur.sen
lj.col.vij.
Jo.crotu
c. Raynu
fi.de test.
cus zasi.
substi.in
pẽdiose.
ccxlij.col.
celo.cali
d.l.cẽturi
col.iiij.
Bertrã.
tota diffi
li.iij.Lud
zadi.ɔs.
23.tũ illa
falsa: qꝛ
tio hmõi
grauamẽ
sa non hʒ
nisi sit exp
in disposit
deducta.
ficit qꝫ cõ
sit testatorẽ cogi
tasse.l.quidẽ cum
filiũ.de here. in-
sti.ꝛ plene dixi ĩ
tract.substi. sup
l.precib⁹. Et illã
rõnẽ nomatim re
probãt Alex.s.
lib.ij.ɔsil.clxxv.
in responsione ad
arg.xiiij. Cur.se
nior cõsi.xlii.col.
v.vbi plene dixit
tit Soc.ɔsi.ciiij.
nu.8.col.penult.
lib.iij. et dato qḋ
esset vera,nõ ꝑce
deret nisi filij po
siti in conditio-
ne essent expresse ꝛ specifice grauati,vt per Jmol. in.d.l.centurio. et.d.c.Raynu-
tius.qḋ non fuit in casu huius cõsi.qꝛ licet fuerit facta mẽtio de descẽdentibus in
verbis cõditionalibus,tamen non est dictũ.ꝛ eisdẽ descẽdẽtibus substituo prout
loquitur Bertran.dicto consi.cxiij.lib.iij.,vel eosdem etiam omnes descendentes
grauo vel ipsosmet restituere volo.sed solum dictũ est eo casu bona deueniant in
talem. Et sic vere non est eis onus iniunctum,sed solũ primis institutis sed pluri
bus cõditionibus,vt tradit Alexander ꝛ cõmuniter doc.in.d.l.centurio.ꝛ supra
lib.ij.consi.clxxxv.ꝛ sic non potest sustineri istud consilium Alex.imo fortius etiã
si essent nominatim grauati,vt supra exẽplificaui.adhuc verius est qḋ non cẽsen-
tur ꝑpter hoc vocati,vt punctualiter decidit Bertrandus consi.lxxxij.visa clau
sula.col.iiij.lib.j.consi.cclxiiij.viso casu.col.iij.lib.ij.nec secunda ratio melior est:
quia fuit phantasia. Ancharanus consi.lxxiiij.qui ꝛ per Alex.hic ꝛ ab omnibus
reprobatur.ꝛ dictam rationem secundam reprobat Socinus dicto consi.xiiij.co
lum.penulti.libro.iij.ꝛ contra eam consuluit Alexander.s.lib.ij.consil.clxxxv.s.
libro.iiij.consilio.xiij.cuma.consi.cxxj.Gerardus.concludo hos nepotes Anto-
nij non fuisse substitutos nec potuisse venire omissa hereditate Bartholomei pa
tris sui.

perã. dicẽdũ qd aut res inuenitur pure hypothecata, ꝛ tunc nedum emptor nõ soluto excipere potest. Sed etiã si iam soluerit agere precise ad luitionẽ dis prediis. l. creditor. §. predium. ꝛ ibi Pau. ff. de act. empt. qd tamen non solute accipiẽdũ sed ex bono ꝛ equo, puta quãdo venditor est ipse principa- bitor. ꝛ certe liquide summe pure debite ꝛ semel soluẽde, quã soluẽdo fidem berabit, nec ur damnũ ãqs iurib⁹, alias instis retis, nisi aliõ pressim conue t, res temperã a est. Quid enim si res nõ est obligata ꝑ certa sũma semel soluenda, sed pro certo reditu non redimibili? Quid si obligata ꝑ summa incerta, puta ꝑ euictione alterius rei, vel ꝑ certis dãnis ꝛ interesse ñ liqdis? qd si est obligata ꝑ certa summa liqda semel soluẽda sed nõ pro debito venditoris vel eius cuius insolidũ sit heres, sz ꝑ debito alteri⁹ ꝑ quo forsan ipe vel author ei⁹ cũ multis aliis fideiussit, ꝛ forte res vendita est minima ex multis ꝑdiis ꝑ graui summa hypothecatis nec vult creditor partẽ recipere, nec vnã rẽ sine aliis liberare? aut qd si authores principales laudandi sunt? his ꝛ silib⁹ casib⁹ puto sufficere vt vẽditor interim idonee caueat, ita vt emptor secur⁹ fiat a dãno imminẽti. Idem multo fortius si debitũ illud est ꝯditiõale, vt hic p Alex. Idẽ dico si est in diẽ remotũ vel incertum. adde, ad qd null⁹ adhuc animaduertit, qd d. l. ex his ꝑdiis. et d. §. predium. loquũtur in terminis iuris antiqui ante introductã exceptionẽ discussionis de qua in aut. sed nouo iure. C. de act. et oblig. vnde non est mirum si tũc iura volebãt qd emptor qui statim exigi vel euinci poterat statim ad liberãdum agere posset. que ratio hodie cessat tantisper dum locus est beneficio discussionis. hanc materiam et quod quando res inuenitur onerata reditu redimibili [illegible]

deficientium omniũ liberorum de aliis substitutis tunc nepotibus exclusis, illis sequentes substituti fortasse extranei, vel ecclesia aut ad pia causa substituta admittãtur, dicẽdum est scd̃m eum liberos, licet cõditionaliter nominatos pro substitutis haberi. arg. l. cũ amis. ff. de cõdi. ꝛ demon. ꝛ. l. cum acutissimi. C. de fideicõ. Et ita dicit se limitare dictã gl. Et not. per Bar. ꝛ alios in. d. l. Lucius. ꝛ qd ista limitatio scd̃m eũ est tutissima. Et qd nõ putat dici posse ꝯtrariũ. Caue, qr limitatio Petr. de ancha. loquitur in descendentibus: nos in transuersalib⁹. Itẽ hic extranei nõ sunt substituti. Item nõ bene probat opinionẽ suam. Sed ex verbis dicti testatoris apparet eum scd̃o ꝛ tertio substituisse, et semper voluisse dictã hereditatẽ transferre in dictos liberos ꝛ agnatos ipsius testatoris. Ergo scd̃m limitationẽ predictam videtur qd dicti nepotes Antonii videntur ex testamento vocati, et ꝯñr possent ad hereditatem Laurentii venire, omissa hereditate Bartholomei. Et per hec duo vltima fundamenta nõ videtur esse opus insistere circa nonnulla, que a quibusdã adducuntur contra notata per Bar. in preallegata. l. centurio. Et in. d. l. sed si sic. Alexan.

Epitome.

¶ Jacob⁹ dñs dom⁹ subiecte restitutioni fideicõmissi ꝯditionalis vendidit Frãcisco dictam domum que subhastata fuit: ꝛ nullus intercessit. rursus Frãciscus vẽdidit eam Checho, q pro more fecit iterũ subhastari, et cõparuit Joannes intercedẽs ꝑ suo interesse ꝛ fideicõmisso sibi facto sub conditione que adhuc pẽdet, vz si cõtingat deficere descẽdentes primi testatoris qui adhuc viuũt. rñ. qd hoc non obstãte tenetur emptor vel eius heres soluere pretium Frãcisco vẽditori danti fideiussorẽ indẽnitatis a dicto cõditionali fideicõmisso vel cedenti iura ꝛ actiones contra Jacobũ authorem suum si sit soluẽdo vel hypothecãdo bona sua si possidet immobilia sufficientia ad dictam indemnitatem. h. d.

Consilium. LXV.

Omissis argumẽtis ad partes, ad ipsius quesiti decisionẽ deueniẽs, presuppono in primis † 1 qd res subiecta restitutioni fideicõmissi potest alienari quantũ ad hoc vt valeat alienatio, donec euenerit casus ꝛ conditio fideicõmissi restituẽdi. l. seruo legato. §. j. ꝛ ibi not. doc. ff. de leg. j. ꝛ. l. cũ pater. §. libertis. ꝛ ibi not. gl. ꝛ doc. ff. de leg. ij. ꝛ not. gl. in aut. de resti. et ea que pa. in prin. ꝛ notant doc. in. l. fi. §. sed quia. alias est in. §. finantem. C. cõmunia de lega. reprobata gl. in preallegata. l. seruo legato. §. j. ꝛ in. d. §. finantem. ¶ Secundo presuppono 2 quod ante euentum conditionis dicti fideicõmissi restituendi, nulla actio cõpetit fideicõmissario, iuxta. l. cedere diem. ff. de verb. sig. ꝛ. l. item quia. ff. de pac. Ex quibus infertur qd alienatio facta per dictum Jacobum, ꝛ successiue per dictũ Franciscum valuit, ꝛ valet, cum nõdum euenerit casus substitutionis fideicõmissarie, quo ad personam Joannis nepotis dicti testatoris. item ex hoc infertur ꝙ nulla mero iure competit actio dicto Joanni ad dictam domũ. vnde dato quod quando imminet euictio in limine cõtractus venditionis possit emptor recusare soluere pretium venditori, nisi prestito fideiussore de euictione. l. si post perfectã. C. de euict. et. l. habitationẽ. §. fi. ff. de peri. ꝛ commo. rei ven. Tamen illud non habet locum quãdo constat actionem nullo modo presenti cõpetere mouenti litem, aut mouere volenti, vt notat Bar. in. l. j. C. de bo. mater. Tunc enim non cẽsetur litem super euictione esse motam: quia constat eam esse fictam, ꝛ calumniosam. l. cum hi. §. si cum lis. ff. de transact. et quod notat gloss. in. l. post rem. eo. titu. Hoc etiam patet ex notatis

3 per Bar. ꝛ doc. in. l. si post preallegata, dum dicunt, † quod cogitur emptor iurare qd per calumniam non fecit sibi moueri litem, ꝛ sic vbi appareret litem esse calumniosam, cum tunc non dicatur subesse periculũ euictionis, non habet locum illa. l. ¶ Preterea dicta. l. si post perfectam. cum simil. loquitur quando mouens litem asserit sibi ius iam esse quesitum, et agendi facultatem de presenti sibi competere. Sed in casu nostro dictus Joannes non asserit, nec asserere potest dictam domum de presenti euincere posse, sed solũ asserit eam esse suppositam futuro ꝛ conditionali fideicõmisso. ergo tale ius non est in consideratione de presenti, adeo qd dici possit euictionẽ de ꝑsenti imminere. facit. l. facere posse. et quod ibi not. Bar. ff. solu. matri. Et quod notat Cy. in. l. si pro ea. cum simi. C. mandati. ¶ Et si diceretur qd venditor a tenetur rem emptori liberam[a] tradere, et si eam obligatam non liberet: tunc sibi agenti ad pretium rei vendite opponi poterit exceptio doli. l. ex his prediis. C. de euic. Sed ista domus dicitur esse obligata ꝛ hypothecata ratione dicti futuri fideicommissi, vt in aut. contra rogatas. C. ad Trebel. l. j. C. communia de lega. Ergo debet a tali obligatione liberari per Franciscum: ꝛ alias non debet posse agere ad pretiũ, quia ad hoc respondeo vt colligitur ex notatis per Bald. in 4 d. l. ex his prediis. in fi. † vbi querit, pone qd vendo rem meã, que pro dotibus mulierum obligata est, tamen nullus mouet questionem emptori: queritur vtrũ ipse possit agere vt res liberetur? et respondit qd sic: si obligatio est pura. ꝛ si ille mulieres nollent consentire, tunc si bona venditoris sunt sufficientia cum in nullo intersit, non erit necesse facere consentire mulieres. Subdit Bal. qd in dotibus quarum restituendarum casus nondum euenisset: cum sit obligatio conditionalis, iuxta. l. in rebus. §. omnes. C. de iure dotiũ. et plene notatur in. l. si constante. §. j. ff. solu. matri. non potest agi per emptorem contra venditorem, vt rem venditam liberet ab illa conditionali obligatione, dicit tamen se hoc non firmare, ꝛ pro ista opinio. facit, quia tex. in. d. l. ex his ꝑdiis. loquitur quãdo predia erant obligata, sed in casu nostro propter conditionem suspensiuam non dicuntur bona obligata, vt dicit Bar. ꝛ doctores in. d. l. facere posse. per illũ tex. ꝛ dicta. l. cedere diem. ergo ꝛc. Et quod text. in. d. l. ex his prediis. loquatur de obligatione pura: patet ex illo tex. in versi. 5 creditrice. † Nam ille qui sub conditione creditor est, non dicitur proprie creditor, vt probat Bar. in. l. j. in vltima colũ. ff. si certum peta. per. l. debitor. ff. de verborum signifi. et. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. de fideius. ¶ Et dato quod dici posset domum esse obligatam. Attamen vbi aliquis tenetur ad liberandum rem, ꝛ ille cui obligata res est liberationi consentire nolit, sufficit quod ille qui tenetur ad liberandum, taliter satisfdet ei, cui ad liberandum tenebatur qd eũ certum faciat damnum pati nõ posse. ita dicit Bal. ꝛ Sali. in. l. ij. in versic. modo quero de eo ꝛc. C. de sen. que sine certa quanti. arg. legis prime. ff. qui satisda. cog. ꝛ probatur in. l. si pater. cum gloss. ꝛ ibi hoc etiam not. Bal. C. de colla. ꝛ notat etiam Bal. in. l. si mandato men. in prin. in lectura antiqua. ff. manda. Et est de mente Bald. in dicta. l. ex his prediis. vt s. retuli. Ex quo infero qd siue dictus Franciscus det fideiussorem idoneum heredibus dicti Chechi de conseruando eos a periculo, ꝛ futura obligatione dicti fideicommissi: siue cedat iura cõtra ipsius Francisci authorẽ, quĩ idoneus sit, siue ipse Franciscus possidens bona immobilia sufficientia ad conseruandos indemnes heredes dicti Chechi a dicto fideicommisso, ea bona obliget dictis heredibus, dicetur adimpleuisse id ad qd tenetur si dicti fideicõmissarii nolint 6 consentire, ꝛ liberare dictam rem a fideicõmisso. ¶ Nec etiã refert an fideiussoribus, an hypotheca bonorum caueatur. l. j. §. an pignoribus. ff. de colla. bono. et. l. fi. §. si legatarius. ff. quo. leg. ꝛ. l. plus cautionis. ff. de regul. iur. l. habere. §. j. ff. de verb. signi. Et notat gl. ꝛ doc. in. l. pretorie. l. vltima. ff. de preto. stipu. ꝛ in. l. j. ff. qui satis. cog. cum simi. prout se habet magis communis conclusio. Et ad predicta bene facit. l. si quis stipulatus sit Stichum aut Pamphilum. §. fi. ff. de verbo. oblig. Alexan. Tartag.

Summarium.

1 Possessionis causa summaria est.
2 Sñia presumitur lata ex causa que vera apparet in actis.
3 Exceptio reiecta in vno iudicio potest opponi in alio si non fuit reiecta: quia falsa vel inista.
6 Opinionum vbi est varietas, iudex non facit litem suam.

Consilium

Consilium.LXVI.

Visis dubitatiõibus de quibus queritur, qui a aliis curis detẽtus nõ sup petit otiũ ad videndum processum cause, ex quo elicere possim an dictus Antonius de imolẽsibus inspectis meritis cause instã aliq̃ causam litigãdi habuerit: quia mediante ab expẽsis absolui potuerit: ideo hoc pretermisso aggrediar alias dubitationes, ex quibus vr̃ ex infrascriptis concludendum non debuisse aliquo modo dictũ Antonium condemnari in expẽsis. Ad ꝙ ostẽdendum presuppono primo. Si dicta causa possessorij vel spolij intẽtata per actorem cõtra dictũ Antoniũ est sui natura summaria, prout infra de iure probabo, tũc instantia dicte prime cause tẽpore late prime sententie, erat perempta ex forma statutorũ, † qđ autẽ dicta cã possessorij sit de sui natura summaria absq; aliqua delegatione vel rescripto, probatur in.l.meminerint.in ver. illico.C.vnde vi.iũctis no.per Bar.in.l.si quis.C.de po. Ad idem est tex.in.l.momẽtanee.in ver.mox.ꝛ ibi no.glo.ꝛ clare ibi Bar.ꝛ alij.C.vnde vi.ꝛ no.gl.ꝛ Bar.in.l.j.C.quo.bono.ꝛ Bar.in extraua.ad reprimen.in ver.summarie.circa.iij.vel iiij.col.ꝛ Pet.de anch.ꝛ Jo.de ligna.in cle.sepe.de ver.sign. Et maxime causa possessorij recuperãde, vt notat Bal.in repetitio.l.incerti.C.de interdicti. Si ergo instantia cause erat perempta actori. non debebat primus iudex, ꝛ per cõs nec etiam secundus condemnare reum in expẽsis, imo rõne peremptiõis instantie periculũ expensarũ pertinebat ad actorem, cuius negligẽtia peribat instãtia, reus debebat absolui ab obseruatiõe iudicij.l.nouerit.ꝛ ibi no. Bar.ꝛ.l.fi.ꝛ ibi no. Bald.C.vt intra cer.temp.cau.cri.ꝛ.l.properandũ.§.illo.cũ ibi nota.per Bar.C.de iudi. ¶ Nec ad hoc obstat si dicatur, ꝙ ista exceptio peremptionis instãtie, ꝛ per consequẽs nullitas sententie non poterat attendi, eo quia cum a prima sententia lata in causa principali pro actore quo ad restitutionẽ possessionis non fuerit appellatũ. Et demum per actorem fuerat petitum ipsam sententiam executioni mãdati.ꝛ circa petitionem executionis sentẽtie fuerat per reũ opposita exceptio nullitatis sententie propter dictam perẽptionẽ. tandem fuit reiecta in effectu dicta exceptio nullitatis, ꝛ fuit pnunciatum sententiã predictam esse exequendam, a qua vltima pronũciata de exequendo etiã fuit appellatũ ad prefatũ iudicẽ appellationũ, qui in effectu pronũtiauit appellationem nõ deuoluere. Illam ad hoc respondeo ꝙ dicta reiectio nullitatis nõ hȝ obstare quin dictus iudex appellatiõis super articulo dictarũ expensarũ potuerit pronũciare, prout pronũciauit in absoluẽdo dictũ reũ ab expensis dicte prime cause: quia reiecta fuit dicta nullitas, non quia predicta prima sñia non fuerit extra instantiam: sed quia statutum, vt verbo fertur, disponebat ꝙ exceptio nullitatis non impediret executionẽ sñie, ꝛ ex ista causa presumitur motum fuisse iudicem ad pronunciandũ sententiam esse exequendã: † qꝛ sentẽtia presumitur lata ex causa que vera apparet in actis, vt no.in.l.si quis ad exhibẽdũ.ff.de except.rei iudi.ꝛ in.l.hec enim.in prin.ff.de suspe.tut. Et no.in.c.si confirmationem. de elec.in.vj. Et no.doct.in.l.iulianus verũ debitorem.ff.de cõdi.inde. Sed ex actis apparet ꝙ dicta prima sñia tanq̃ lata in causa summaria fuit lata extra instantiã: ergo erat nulla: ꝛ per cõsequẽs solum potuit moueri iudex ad pronũciandum sñiam esse exequendam, qꝛ statutum reijciebat illam exceptionẽ † vñ reiectio exceptionis nullitatis facta ex alia causa q̃ ex eo quod sententia esset valida, nõ impedit in alia causa expensarum posse allegari ꝛ ostẽdi ꝙ ipsa prima sentẽtia vere fuerit nulla, seu lata extra instantiã. hoc probatur[a] in.l.ꝙ in diem.§.j.ff.de compen. Et presertim qñ ad aliũ effectum nullitas allegatur vel detegitur in ipsa causa expẽsarum q̃ ad illum effectũ ad quẽ opposita fuit nullitas in causa executionis sentẽtie.l.vendicãtem.in fi.cum.l.sequenti.ff. de euic.ꝛ no. Bart.in.l.iulianus verum debitorem.in.vi.col. ff.de condi.inde.ꝛ in.l.j.circa medium.C.de ordi.iud. Et primo.l.qui rome.§.duo fratres.in.v.opp.ff.de verb.obli.ꝛ docto.in.c.aduersario.de exce. Sed ita est qđ nullitas in causa expensarum opponebatur ad vnum finẽ.s.ꝙ non cõdemnaretur reus in expensis, in causa vero executionis opponebatur ne fieret executio in resti.possessionis. ¶ Preterea casus noster est in specie decisus p Bart.in.l.ex diuerso.§.j.in prin. in ver.sed nunc quero.ꝛc.ff.de rei vendi. Et plenius in.l.iulianus verum debitorem.ff.de condi.indeb.in.v.col.in versi. ꝛ predicta sunt valde vtilia.ꝛ Bal.in.l.si iudex.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. † Vbi cõcludunt ꝙ si ego actor promisit sub pena parere sentẽtie arbitratoris, ꝛ postea a sententia arbitratoris tanq̃ iniqua reclamaui petẽdo reductionẽ ad arbitriũ boni viri, tandem succubui: an si postea conueniar ad penam compromissi possim opponere quod pena non debetur, eo qꝛ pena intelligitur promissa, si eque fuerit arbitratum.l.si libertus.ff.de ope.libe.ꝛ possim nunc dicere qđ sentẽtia arbitratoris fuit iniqua non obstante ꝙ in causa reductiõis ad arbitriũ boni viri succubuerim. Et sic, an illa sententia lata super negotio principali faciat ius etiã super accessorio.i.super pena.ꝛ ipsi concludunt ꝙ aut in causa reductionis ego succubui, qꝛ fuit pronũciatum arbitramentum esse equũ ꝛ iustũ: ꝛ tunc nõ potero in causa pene ostẽdere de iniquitate laudi, per.l.qui rome.§.duo fratres.fm vnũ intellectum.ff.de verb.oblig. Aut ego succubui simpliciter: quia iudex in causa reductiõis simpliciter absoluit reũ nulla expressa causa vel expressa causa: quia non probaueram de iniquitate laudi: ꝛ tunc nõ obstante ista sentẽtia potero postea in causa pene me defendere, ꝛ ostẽdere de iniquitate laudi, p id qđ notatur in.d.l.Julianus. Ita ergo in proposito cũ appareat ꝙ iudex qui pronũciauit sententiã exequendam reijciẽdo nullitatẽ, non potuit moueri nisi propter statutũ reijciens nullitatẽ, non autem potuit remoueri ex eo qꝛ sententia esset valida vel lata intra instantiã, cum contrarium esset verũ: sequit ꝙ illa sñia non facit ius quo ad causam super accessorio.i.super expensis.vel etiã dico qđ statutum non reijceret exceptionem nullitatis: tamẽ debet interpretari ꝙ iudex ex quo pronũciauit sñiam exequendam, pronunciauerit non ex eo quod esset valida, sed ex eo quia nõ fuit facta fides de nullitate, vel talis ꝓbatio nullitatis nõ fuit facta incõtinenti, prout requiritur an impediendũ executionẽ sententie, vt plene notat Bart.in.l.iiij.§.condẽnatum.cum concor.ff. de re iudi. Ita colligit ex notatis per Bart.in.d.l.iulianus. maxime cũ in veritate sententia sit nulla, ꝛ lata extra instantiam, ꝛ sentẽtia de exequendo presumatur lata ex eis que apparent vera in actis, vt dixi. ¶ Fortius voluit Gul.de suza. quem sequitur Jo.an.in addi.Spe.in tit.de arbi.§.fi.versic. item quid compromissum.in addi.inci.Dyn.ꝛc.ꝛ Ang.in.d. §.duo fratres.ꝛ Bal Ang.ꝛ Pau.de ca.ꝛ Pe.de ancha.in l.tres fratres.ff.de pac.ꝛ Bal.in.l.fi.C.de arbi.ꝛ in.l.non solum.ff.de rei vendi.quem ibi sequitur Pet.de anch.ꝛ Bald. in.l.quod te.ff.si cer.pet.ꝛ in.l.fi.in.xi.q.C.de contrahẽ.emp. ꝛ in aut.generaliter.in.iij.col.C.de episco.ꝛ cle. Et Pau.de ca.in.l.iulianus. † quod etiam si expresse iudex in causa petitionis reductionis pronunciasset contra petentẽ reductionem, ꝛ in sententia expressisset causam: quia arbitramentum esset equum: attamen talis sentẽtia lata super principali nõ obstat in causa pene, ꝛ sic in causa accessorij, quin posset adhuc dici arbitramẽtum fuisse iniquum, non obstante sententia lata super facto principali in causa reductiõis.ꝛ euitabit penam siue appareat arbitramentũ fuisse iniquũ, siue saltẽ appareat ꝙ iustã habuerit causam estimandi arbitramentũ fuisse iniquum: qꝛ illa iusta causa excusat eum a pena, sicut excusat ab expensis: allegãt.l.quidam cum filium.cũ ibi no. ff.de ver.obli.ꝛ.l.qui solidum.§.etiam.ff.de leg.ij.ꝛ.l.si debitor.ff.de peti.here.cum si. Et sic de illa iusta causa ꝛ iniquitate laudi potest in causa pene doceri, etiam nõ obstãte ꝙ per sententiã super petitione reductionis sit pronunciatũ arbitramentũ esse equum, ita in proposito etiam dato ꝙ statutũ non disponeret ꝙ in causa executionis sententie non posset opponi de nullitate: ꝛ per cõsequẽs dato ꝙ per dictã sñiam de exequendo videretur pronunciatum sententiam esse validam: tñ illa sentẽtia de exequẽdo non impedit quin in causa[a] accessoria, scilicet expensarum iudex appellationis potuerit pronũciare reum nõ debuisse condẽnari in expẽsis actori, eo qꝛ sententia que erat nulla, ꝛ seu lata extra instantiã: ꝛ sic iusta erat causa propter quã non deberet reus condemnari in dictis expẽsis, retẽta dicta opinione Jo.an.ꝛ sequacium. Et dato quod ista vltima opinio Jo.an.esset dubia propter varietatem opinionũ. † Tamẽ qñ varie sunt opiniones, adeo ꝙ non sit bene declaratũ que opinio sit cõis ꝛ approbata a cõi vsu, vt in proposito: tũc iudex in indicando fm vnam ex dictis opinionibꝰ excusat.ꝛ non facit litẽ suã, vt no. Bar.ꝛ alij in.l.de eo.C.de pe.iud.qui ma.indic.ꝛ in sua disputatiõe incip. Judex qui per imperitiam.ꝛ doct.in.c.capellanus.de ferijs.ꝛ Bald.in.l.obseruare.§.proficisci.in.xxx.q.ff.de offi. procon.ꝛ Jo.de imo.in.l.j.ad fi.principij.ff.de appel. ¶ Ex quibus concludo dictum.d.iudicẽ appellationũ non fecisse litem suam, licet non condemnauerit dictum Antonium in expensis. Alex.tarta.

[a] ¶ Probat. pan. ꝛ oẽs in.d.l.iulianus. verũ debitorẽ ꝛ in.l.ij.C.de cõpẽ. Frã.rip.d. §.duo fres.colũ. iiij.cũ seq.ꝛ tñ. vij.col.fi.de resc. Pau.ɔs.cccviij. libro.ij.

Summarium.

1 ☞ Minor an possit restitui ad hereditatē repudiatam, re non integra. nu. 9. & 10.

2 Pignus pretoriū vel authoritas iudicis facit vt non possit minor aduersus venditionē restitui, nisi ex graui lesione, vbi alias sufficeret modica, licet non minima. nu. 3. & 4.

6 Minor potest recte contra tertium emptorem restitui.

Consilium. LXVII.

Videretur stātibus his que in facto proponunt᷑ prima facie respōdendū dictos heredes Francisci, ꝗꝗ minores, & in integrum restitutionē aduersus predicta petentes, non audiendos. Nā aduertendū ꝙ post adiudicationes factas in fauorem Joannis, & Justine, & etiam post contractū transactionis, de quo. s. dicti Joānes & Justina vēdiderūt Lucio Florio domū, de qua. s. vʒ Joānes pro rata librarū. 775. & Justina pro libris. cccc. Et sic res desijt esse integra ꝑ talē alienationē, & per cōsequens videt᷑ denegari debere restitutionē in integrum aduersus dictas adiudicationes, & transactiones, per tex. in. l. ꝙ si minor. §. sceuola. ff. de mino. & per no. in
1 l. fi. C. de repu. here. & in. l. nā qđ. §. j. ff. ad treb. † vbi si minor heres institutus repudiauit hereditatē propter ꝙ substitutus adiuit, & bona hereditatis vēdidit: q2 res desijt esse integra, nō audit᷑ vlterius primus heres. Si tanꝗ minor & lesus petat restitutionē in integrū aduersus repudiationē hereditatis. pro hoc etiam q2 cum inter heredes Frācisci & Luciū Floriū nihil gestum sit quo ad ratas, & partes Joannis, & Justine venditorū non debēt posse heredes Francisci restitutionē petere cōtra Luciū Floriū respectu dictarū partiū Joannis & Justine: q2 gestū inter Lucium Floriū & dictos Joānē & Justinā, non dʒ nocere vel ꝓdesse alijs. i. heredibus Frācisci. l. si vnus. §. ante oīa. ff. de pact. l. sepe. ff. de re iudi. & ꝑ totū. C. res inter alios acta. facit. l. si in ārea. ff. de cōdi. inde. ¶ Sed his nō obstātibus contraria snīa verior videtur:
2 ad ꝙ ostendendū presuppono † qđ vbicunqʒ res minoris peruenit ad creditorē tanꝗ pignus pretoriū, prout in casu nostro peruenit dicta domus ad dictos assertos creditores, tūc si dicta res vendat᷑, vt creditori satisfiat, pōt minor si dānū grande seu enorme passus est aduersus talem venditionē etiā cōtra emptorem directo petere restitutionē in integrū. tex. est cū ibi no. per gl. & doct. in. l. j. C. si aduer. vēdi. pig. Ad idem. l. si ex causa. in princi. ff. de mino. Et ꝓbabiliter etiā ex infra dicēdis. Et ꝙ dicat᷑ grande damnū, erit iudicandū arbitrio iudicis, attenta qualitate personarū. l. sed & si susceperit. §. j. ff. de iudi. & in aut. vt hi q ob. §. sed & si quis. in gl. & in aut. nisi breuiores. in glo. C. de sen. ex breui. reci. & no. Bar in aut. minoris debitor. C. qui da. tut. pos. & l. admonēdi. in vlti. char. ff. de iureiur. Et dixit Bal. in. l. si in emptiōe. in prin. ff.
3 de mino. per illū tex. † ꝙ ēnormiter dicet᷑ ledi minor qñ priuat᷑ edib᷒ que fuerūt maiorū, ᵃ & predecessorū suorū, ad hoc qđ no. gl. in. l. nam ꝙ. §. j. in verbo pupillum. ff. ad treb. Aut res minoris peruenit ex alia causa ad creditorem, ꝗ ex causa pignoris pretorij, & creditor dictā rem ad eū peruentā alteri vēdidit, cōceditur aduersus emptorem minori restitutio in integrū, licet damnū grande nō sit dūmodo non sit damnū modicū. l. scio. ff. de in integ. resti. & in ꝓposito est tex. iuncta gl. pe. & fi. C. de ꝑdi. mino. in. l. ij. dū gl. dicit ꝯtra emptorē &c. & in. l. pe. cum gl. ff. de mino. & expresse gl. & doc. in. l. ij. C. si aduer. rem pig. vbi sit differētia inter dānū grande ꝙ pro enormi sumit, vt ibi not. & damnum modicū & minimū. & similis distinctio in. l. & si sine. §. idē faciunt. in gl. in verbo, doceat. ff. de mino. ¶ Et predicta procedūt qñ petit᷑ restitutio ex eo qđ gestū est cū minore. nō dico cū eo cui minor successisset, q2 tūc an debeat restitui, nō est casus noster. Nec etiam insisto circa
4 opi. vltramontanorū in. d. l. j. C. si aduer. vēdi. pig. † qui concludūt ꝙ licet regulariter minor restituat᷑ in inte. ꝓtextu lesiōis modice, nō tñ minime. d. l. scio. tñ ꝼm eos est speciale in cōtracta pignoris etiam conuentionalis nedum pretorij, vt requiratur lesio enormis seu grāde dānū: vt cōcedatur restitutio per tex. in. d. l. j. Quibus cōtradicunt Jac. but. Bar. & Bal. post gl. in. d. l. j. & ij. volētes qđ imo in pignore conuentionali vēdito per creditorē, eodē modo restituatur propter modicā lesionē sicut in alijs cōtractib᷒. Nā hoc nō est multū attendendū: q2 restitutio petitur, ex eo ꝙ pars domus predicte peruenit ad Justinam tanꝗ pignus iudiciale & pretoriū quo casu clarū est qđ ad restitutionē obtinēdā dʒ constare,
b de grādi. ᵇ & enormi lesione: vt dixi. s. Quo autē ad Joannē de Lana & eius heredes, est verū qđ domus primū ad eos peruenit tanꝗ pignus ꝑtoriū. verū q2 in themate presupponitur qđ super dicta sentētia fuit transactū, erūt attēdenda
5 verba trāsactionis: † q2 si in trāsactione fuit renunciatū sententie, & ab illa recessum, nō dicetur amplius dictā domum remansisse apud Joannē de Lana tanꝗ pignus pretoriū, sʒ ex causa transactionis, per quē recedere potuerūt a sentētia illi renunciādo: vt dixi. l. iurisgentiū. §. si paciscar. el primo. & ibi notat Bal. ff. de pac. & l. iiij. §. si ex cōuentione. & gl. & doct. in. l. acta. ff. de re iud. Et plene Bal. in. l. si diuersa. C. de trāsac. & in. l. j. circa. ij. col. C. quādo prouoc. Et ideo non esset necesse tūc probare de magna seu enormi lesione quo ad restitutionem in integrum obtinēdam, respectu partis alienate per heredes Joannis, sed sufficeret constare de dāno & modico, nō tamen minimo, vt superius est cōclusum. ¶ Ex predictis igitur infert᷑ ꝙ dictis minoribus succurrendū est per remediū restitutionis, tam pro partibus per ipsos minores venditis doct. de lesione etiā modica, quā ꝓ partibus venditis per heredes Joannis ꝓbata lesione etiam modica, si per dictam transactionē apparebit renūciatū esse sentētie adiudicationis & ab illa recessum: alias deberet ꝓbari de enormi lesione. Et similiter pro parte alienata p. d. Justinā cōcedenda erat restitutio ꝓbata enormi lesione: q2 fuit quo ad eā mere pignus iudiciale.
6 † Et poterit tale iudiciū restitutiōis recta via impetrari cōtra Luciū Floriū possessorē, vt ꝓbat tex. cū gl. in preallegata. l. ij. in verbo, beneficiū. C. de ꝑdi. mi. & in. d. l. j. cū gl. in verbo subueniri. C. si aduer. vendi. pig. Et in. l. ij. eo. ti. in gl. & ibi hoc aperte firmat Jac. bu. qđ etiam ex alio fortificaretur, si verū esset qđ dicta. d. Catharina tutrix & dicti eius filij pupilli in instrumēto dictarū vēditionū cōsensissent vēditioni facte per dictos heredes Joānis, & ꝑ dictam Justinā dicto Lucio Florio presenti & ementi. Et sic nō posset negari qđ aliquid gestū nō esset ab ipso minore in contractu dictarū venditionū, etiā respectu partiū alienatarū per heredes Joannis, & do. Justinā. ¶ Preterea casus noster est clare decisus in. l. in cause. la prima. §. interdū. cū duo
7 bus. ll. sequētib᷒. de mino. † vbi ille qui hʒ cām a minore, alteri vēdidit. Et ibi habetur qđ in trib᷒ casib᷒ peti pōt per minorem. restitutio aduersus emptorē, primus qñ emptor sciebat vēditorē habuisse cām a minore, prout in casu nostro: q2 dicit᷑ qđ in instrumento dictarū venditionū narrat᷑ qđ dicti heredes Joānes & Justina habuerunt cām a dictis pupillis, mediantibus dictis sentētijs & trāsactione. ¶ Secūdus est casus, qñ vēditor nō esset soluendo. ¶ Tertius est casus qñ interesset minoris habere rē venditā potius, ꝗ pecuniā. vt firmat gl. in. l. plane. in verbo, in eū. ff. de mino. Et sequit᷑ ibi Ful. de cu. & Ray. qui ad hoc allegat. l. si in emptione. & l. pe. ff. de mino. Idē sequitur Bal. in. d. §. interdū. Sed ita est in casu nostro ꝙ magis interest dictorū adultorū habere domū maiorū suorū, ꝗ pecuniā. d. l. si in emptiōe. & l. lex que tutores. cum vulg. C. de admi. tuto. Et in terminis nostris sentit Ful. de cu. in. d. §. interdū. & in. d. l. plane. dū allegat. d. l. si in emptione. & ꝙ possit peti recta via restitutio. in integrum aduersus dictū Luciū Floriū firmat etiā Bar. i. d. §. inter-
8 dū. ¶ † Cautius tñ esse putarem ꝙ in iudicio restitutiōis in integ. intētādo ꝯ Luciū Floriū, peteret᷑ restitutio aduersus dictas adiudicationes & transactionē, a quibus causata est dicta vēditio. Et in dicto iudicio citarent᷑ heredes Joānis, & d. Justina ad cōtradicēdū, ne dicta restitutio cōcedatur. Et hoc sufficere videtur per no. per Cy. in. l. j. in vlt. q. C. de aduo. diuer. iud. Et ꝑ Bar. in. l. cū filius. in prin. ff. de ver. obl. Et est gl. in terminis in. l. cū miles. §. j. quib. ex cau. ma. & ibi Bar. & no. Bal. in. l. j. C. de repu. ꝗ fi. in iudi. Qđ autē dica-
9 tur enorme seu grande dānum, dixi superius. ¶ † Nō obstāt predictis ea que in cōtrariū allegaui. s. d. l. ꝙ si minor. §. sceuola. q2 pluribus modis pōt respōderi. & primo ꝙ ibi nihil gestū fuerat inter substitutū & heredē institutū repudiantē, sed in casu nostro secus: q2 inter Joānē de Lana, & d. Justinam & dictos heredes Francisci multa gesta sunt: tū q2 inter eos fuit iudiciū: tum q2 inter eos fuit transactum. Scđo pōt responderi ꝙ ideo in casu. d. §. sceuola. non cōcedit᷑ restitutio: q2 bona hereditaria ex industria substituti fuerūt maiori ꝑtio distracta. Et sic ñ dʒ ꝑ hoc reputari minor lesus ex tali repudiatiōe. sec᷒ si nō per industriā substituti tāto ꝑtio distracta fuissent. & iste vr᷑ intellectus verus illius. §. vt ostēdit litera ibi in verbo, laborib᷒ substituti. & hoc ibi approbat gl. in vlti. sol. ꝗ semper ꝓ veriori tenēda est, vt no. gl. in. l. qui filium,

ᵃ Maiorum. rā. rip. trac. de estc. fol. 55. and. ..raq. trac. retra. i prefa. nu. 34. cū sequen.

ᵇ ¶ Grādi. intellige dūmodo rite & bona fide ꝑcessum sit: alias pretext᷒ iudiciarie authoritatis magis obest & plus vitiat.

filiū.§.fi.ff.ad treb.no.Bal.in.l.si mater.per illū tex.C.ne de
sta.defun.Bar.in.l.bona fides.per illū tex.ff.deposi.⁊ Bal.ī
aut.ex testamēto.C.de colla.istū intellectū ēt approbat Bal.
10 in.d.l.ꝙ si minor.vbi dicit Most.in.§.sceuola.† ꝙ si substitu-
tus suis laboribꝰ ⁊ industria disrogauit hereditatē implici-
tam,hoc debet sibi prodesse:nō aūt debet aperire viā restitu
tionis cōtra se.hunc intellectū etiam sequitur Imol.in.l.nā
quod.§.sed ⁊ qui repudiauit.ff.ad treb.Idem etiā clarissime
voluit Gul.de cu.in.d.l.ꝙ si minor.§.sceuola.vbi quesiuit:
pone,minor repudiauit hereditatē ⁊ sic peruenit ad substitu
tum,qui ex diligentia sua soluit oībus creditoribꝰ.⁊ aliquid
vltra sibi remāsit.minor offert se paratū satisfacere substitu-
to de labore suo,an audiatꝛ.Et breuiter ꝯcludit,ꝙ aut ille la
bor fuit solū in administrādo,tñ substitutus grosso mō ven-
didit:⁊ audiēdus est minor.ar.l.si pupillus.ff.ad treb.⁊.l.di-
ligēter.§.j.ff.manda.⁊.l.si pecuniam.in princ.ff.de condi.ob
cau.Si autem labor venit ex industria, vt qꝛ hereditas non
erat soluendo:tamē substitutus ex industria,vel cautela fecit
tñ,ꝙ sibi remāsit aliquid:⁊ tūc minor petēs restitutionē nō
audiretꝛ,vt.d.§.sceuola.⁊ ar.l.iij.ff.ad.l.fal.⁊.l.vēditor ex he-
reditate.ff.de here.vel actio.vē.⁊.l.titiū ⁊ meuiū.§.altero.ff.
de admi.tut.¶ Vel ⁊ tertio pōt rñderi ꝙ aliud sit in restitu-
tione in integrū , q̄ petitur aduersus repudiationē heredi-
tatis,vt.d.§.sceuola.Et aliud sit in alia restitutione, q̄ cōce-
ditur etiā,postq̄ res desijt esse integra,⁊ translata est in aliū
vt est casus in.d.l.si ex causa.ff.de mino.⁊ in prealle.l.j.⁊.ij.C.
si aduer.ven.pig.Et per hoc etiam patet responsio ad id qđ
dicebatur vꝫ ꝙ nihil gestū erat inter dictos heredes Fran
cisci ⁊ Lucium Floriū respectu partium venditarū per he-
redes Ioānis,⁊ per Iustinā:qꝛ respōdetꝛ ꝙ hoc nō impedit
restitutionē in integrū,dūmodo minor lesus sit, vt est casus
in iuribus vltimo loco allegatis.¶ Preterea,vt dixi.s̄.etiā
gestū vr̄ aliquid fuisse inter hr̄des Frācisci,⁊ Luciū Floriū:
qꝛ vt verbo fertꝛ,heredes Fārcisci cū authoritate tutricis,cō
senserūt vēditioni facte per heredes Ioannis ⁊ Iustinā,pre
sente Lucio Florio:cui etiā promiserunt heredes Francisci
non venire contra contenta in dicto instrumento.Alex.

Epitome.

¶ Vendens fundū ⁊ cedēs iura cōtra colonū intelligitꝛ etiā
pro pēsionibus preterita tēporis cedere ob verba generalia.

Consilium.LXVIII.

VIsis ⁊ opportune cōsi-
deratis his,que in superiori themate proponun-
1 tur.† Dico proculdubio videri cessa iura nō so-
lum cōpetētia respectu proprietatis sed etiā quo ad afflictꝰ
⁊ pensiones tūc cedenti debitas.hoc esse verum probatꝛ. Nā
in instrumento dicitur quod cedit dña Catharina omnia
quecūq; iura ⁊ actiones tā reales q̄ personales ⁊c.qūolibet
cōpetētes in ꝓprietate:⁊ directo dñio cōtra heredes p̄dictos
conductores dicte petie terre pro annuo afflictu librarū.xij.
ꝓut pꝫ publico instrumēto.⁊ vigore tā dicti instrumēti loca
tionis ⁊ cōtentorū in eo,q̄ etiā vigore cuiuscūq; alteriꝰ iu-
2 ris ⁊ instrumēti dicte cedēti quomodolibet cōpetēti ⁊c.† Nā
actio realis est,q̄ cōpetit respectu ꝓprietatis ⁊ directi domi
nij.Nō aūt actio personalis.l.in rē.in prin.ff.de rei ven.iun-
cta.l.actio in personā.ff.de actio.⁊ obl.⁊ insti.de act.§.j.Er-
go dū fit mētio in cōtractu de actiōe ꝑsonali, patet ꝙ cedēs
noluit tātū actiōes cōpetentes ratione dñij cedere , sed etiā
actiōes cōpetētes cōtra cōductores ad mercedes.⁊ sic actio-
3 nes personales ex locato.¶ † Fortificatꝛ, nā actio q̄ cōpetit
ratione proprietatis vel dominij,datꝛ cōtra possidētē tantū.
l.j.C.de alie.iud.mu.causa fac.c.examinata.de iud.Sꝫ dicta
cedēs cessit,nō solū iura cōtra detinētes aut possidēs, sed ēt
cōtra nō detinētes.Nā tēpore dicte cessionis detinebāt here
des domine Margarite:⁊ tñ ceduntꝛ actiones, nō solū ꝯtra
eos , sed etiā cōtra heredes Cōsolini.¶ Tertio probatꝛ per
illa verba videlicet, ⁊ vigore tā dicti instrumēti locatiōis , ⁊
cōtētorū in eo ⁊c.nā ptꝫ p illa verba ꝙ cedēs voluit se astrin
gere ad actiones competētes rōne proprietatis vel dñij, sed
etiā voluit cōprehēdi actiones cōpetētes vigore instrumēti
locationis.nā per instrumētū locationis nulla cōpetit actio
ad dominiū vel proprietatē , sed ad pensionē ⁊ ad restōnem
rei tanq̄ locate:nō aūt tanq̄ spectātis ad locātē ratione pro-
prietatis ⁊ dñij.l.ad probationē.C.loca.l.non solet.ff.eo.tit.
c.inter dilectos.de fide instr.⁊ ibi notatꝛ,⁊ expresse no.gl.in.l.
nec creditores.⁊ ibi doc.ff.de pig.act.⁊ gl.⁊ Bar.in.l.ita vt si
4 fur.ff.cōmo.⁊ Bar.⁊ doc.in.l.si alie.in prin.ff.sol.mat.† cum
ergo omne verbū in instrumēto appositū debeat aliqd ope-
rari si pōt,vt dicit Bal.in rubrica.C.de ꝯtrahē.emp.in.ix.q.
allegat.l.si stipulatꝰ.in prin.ff.de vsu.⁊.l.hāc legē.C.de ꝯtra-
hen.empt.subdēs ꝙ cōtractus ampliatur per ampliatiuas
dictiōes ⁊ copulas.allegat.l.qui fundū.§.qui agrū.ff.de cō
trahen.emp.⁊.l.ea tñ adiectio.ff.de leg.iij.¶ Quarto cōpro-
batur qđ noluerit cedēs restringere cessionem tantū ad ius
5 in proprietate ⁊ dominio.† Nā dñium nō pōt habere nisi se-
mel ⁊ ex vna causa:qꝛ q̄ primū ex vna effectus est quis dñs,
non pōt effici ex alia.l.iij.§.ex pluribꝰ.ff.de acq.pos.l. sequi-
tur.§.lana.ff.de vsucap.l.proprias.C.de leg.ergo si cedēs vo
luisset restringere cessionē ad dominiū,dūtaxat repugnarēt
verba instrumēti,dū dicit ⁊ vigore tam dicti instrumenti lo
catiōis ⁊ cōtētorū in eo,ꝙ etiā cuiuscūq; alterius iuris ⁊ in-
strumenti dicte dñe Catharine quomodolibet cōpetenti ⁊c.
¶ Quinto probatur per verba illa tā generaliter ꝓlata,vi-
delicet dū in instrumēto dicitur,q̄ etiā cuiuscūq; alteriꝰ iu-
6 ris ⁊ instrumēti dicte dñe Catharine cōpetentis ⁊c.† Quia
a dispositio generaliter facta refertꝛ ad oīa [a] indefinite.l.pluri
bus.ff.de accep.l.emptor.§.lucius.ff.de pac.hñ faciunt nota
ta per Iac.bu.in.l.age.C.de trāsac.⁊ Bar.in.l.ab aurelio.§.
caius.ff.de lib.leg.⁊ Spe.⁊ Cy.in.l.sub pretextu specierū.C.
de trās.⁊ Bar.in.l.si de certa.e.ti.⁊ in.l.si ex pluribꝰ.in prin.
ff.de sol.⁊ in.l.qui cū tutoribꝰ.in fi.ff.de trāsac.Et p hoc dicit
Bal.in.l.pactū.C.de collatio.in.xvj.q.ꝙ sibi caueant cōtra-
hentes vel renunciantes a verbis generalibus , ne ex effuso
sermone periculum incidāt.l.fi.in fi.C.de dot.promis.⁊ ideo
fm eū creditores nō possunt cōpelli apponere in reputatio-
nibꝰ clausulas generales,nisi quatenꝰ venirēt ad robur spe-
cialium fm Iac.de are.in.l.iij.§.j.ff.de contraria.iud.tute.⁊
no.Bar.in.l.aquiliana.cum.l.seq.per illum tex.ff.de tansac.
per hoc etiam dicit Bal.in.l.qui Rome.§.duo fratres.ff.de
7 ver.obli.† ꝙ clausula generalis refertur etiā ad ius futurū, b
quando nulla alia suberat causa ad quam referri posset vt
verba aliquid operentur.l.si quando.ff.de leg.j.c.si papa.de
priuile.in.vj.licet alias verba non trahantꝛ ad ius de futuro.
l.quod seruius.⁊ ꝙ ibi no.ff.de condi.ob cau.l.paulo callima
cho.§.j.ff.de leg.iij.Accedat quod no.Bal.in.l.tres fratres.
in.iiij.no.⁊ in.ij.oppo.ff.de pact.per illum tex.⁊ Bald.in.d.l.
8 sub pretextu specierum.† vbi dicit quod generale pactū sui
natura ad omnia porrigitꝛ etiam incognita , nisi aduersariꝰ
fuerit in dolo.Et ꝙ sibi imputare debet generaliter loquēs
si nō cogitauit sub verbis generalibus omnia comprehendi
etiā incognita,qꝛ stultitia sua in opponendo verba genera-
lia nō debeat aduersario nocere.ar.l.qcquid adstringēde.ff.
de ver.obli.fm Bald.¶ Sexto hoc euidenter indicat exces-
sus ⁊ magnitudo pretij soliti ex causa cessiōis.soluit eñ ces-
sionarius libras.ccc.Boñ.cū proprietas ⁊ dñium dicte petie
terre,cuius quilibet eorum scientia habebat non valebat li-
9 bras centū Boñ.† vnde quātitas pretij [b] facit discerni,que ⁊
b qualis fuerit partium intentio,vt no.gl.⁊ doc.in.l.j.§.j.ff.de
superficie.⁊ no.Bar.in.l.cotem.§.qui maximos.ff.de publi.
⁊ in questione sua incipiente,publicanus quidam.⁊ Bal.in
l.ex conuentione.C.de pact.⁊ in.l.gallus.§.⁊ quid si tantum.
in.ij.col.ff.de libe.⁊ posth.⁊ vbi apparet de mente,non atten
duntꝛ vba.l.iij.C.de li.prete.l.iij.§.cōditio.ff.de adi.leg.c.in-
telligentia.⁊.c.in his.de verb.signi.Ex quibus omnibus vi-
detur aperte inferri cessionem nedum ad ius proprietatis,
sed etiā pensionem ⁊ affectuum de iure trahendam ⁊ referen
dam esse.Alex.tarta.

Aque certorum fontiū conti
nue fluentiū , ⁊ que scaturiunt , siue nascuntꝛ in locis ⁊ terris
priuatarū personarū,fluēdo deseruiūt liberaliter molendi-
no cuiusdā priuati,postea vero defluunt per quoddā canale
cauatum per terras ⁊ nemora priuatarum personarum, per
quondā Baptistam de ferrijs siue eius patrem,⁊ Ioannem
de Bonaretis dictorū Baptiste ⁊ Ioannis , ⁊ super eorum
terreno iam sunt anni.xlv.constitutū,⁊ cū dictis aquis a di
ctis functibus ⁊ fluētibus dictū molendinū a dictū tēpore ⁊
citra cōtinue macinauit,⁊ hodie macinat.Modo contingit
quod de anno.M.ccccxxv.dictus Ioānes dictas aquas re
cognouit ī feudū.⁊ se inuestiri fecit a camera illustrissi.d.no-
mine ꝓprio ac nomine dicti Baptiste , pro quo de rato pro-
misi,modo dicti Baptista ⁊ Ioannes a nouo domino fue-

.t.s.lib.ij.consi.cviij.col.i.
aerte si nõ esset aliud quã in p̃dicto themate Alex. pessime cõsuluisset per tẽpus immemoriale aqua sic p se fluxisset etiã ad molẽdinum dñi rioris nõ cẽsetur labi iure seruitutis sed mere facultatis, si dñs inferior n fundo superiori vt aqua sic fluat: ⁊ sic põt quicunq; per dñm superiorẽ tineri.l. s.cum.l. de dã.infe. i.d.l.q̃ mi de fin. Bal. si qs. de mã col.vj.in.vsib. a.⁊ ita in simili asu de molendino late decidit Cepol. tract. de serui.rust. predi. c.iiij.de seruit. aqueduc. circa medium. ideo p̃supponẽdum q̃ iste Joãnes ĩ fundo superiori domio sciẽte ⁊ patiẽte ⁊ iure seruitutis fecit ⁊ du[illegible], tũ q̃si possessio seruitutis aq̃ductus nõ icipit anteqũ de facto iure seruitutis fiat riuus per quem aqua ducat. tex. in l.si partem.in prin.⁊ ibi Pau. quemadmo. ser. amit. cepol.trac. de serui. vrb.p̃d. c.xxj.in prin. Et quod supra dixi dominũ posse p suo cõmodo diuertere vel retinere aquã q̃ orit vel labit in fundo suo in p̃iudiciũ vicini qui et per tẽpus immemoriale vsus ẽ eadem aqua in fundum suum habẽte pulchre cõsuluit Pau.de ca.cõsi. cclvij. Notãdũ est li.ij.q̃ etiam habet inter cõsil. Cal.consi.lv.vbi habes cõs.sequẽs ⁊ duo precedẽtia de eadẽ materia.

c ¶ Docere. imo docẽdũ est vt per Cep.trac.de serui. vrb. p̃e.c.xx. col.ij.

d ¶ Presumet. late Fran.rip.c.cũ sutrina. de causa possess. ⁊ ppri. [illegible]

runt renouati de dicto feudo, ⁊ soluerũt canonẽ cõtinue ipsi ⁊ heredes sui qui tñ nunq̃ iurauerũt fidelitatẽ, primo contingit dubitari an per dictũ vsũ seruitiũ ⁊ cõtinuũ decursũ dictarũ aquarũ, vt.s. aliq̃d ius sit quesitũ, ⁊ q̃d dictis quondam Baptiste ⁊ heredibus suis. Secundo vtrũ dicta recognitio ⁊ renouatio cum solutione canonis, vt.s. facte noceat iuri quesito dictis Baptiste ⁊ suis heredibus.

Summarium.

3 ☞ Aqueductus seruitus quomodo acquiratur.
10 Dominium nec possessio amittitur per recognitionẽ vel cõductionem erroneam.
14 Possessio ex contractu nullo nunquam transfertur. nu.20.
22 Seruitus non extẽditur vltra necessitatem rei dominãtis.

Consilium. LXIX.

Circa primum dubium videretur prima cõsideratione dicendũ per continuum decursum dictarũ aquarũ nullum ius fuisse quesitũ dicto quondam Baptiste ⁊ heredibus suis: q̃r 1 † aque fontiũ, que scaturiunt ⁊ oriũtur in locis, ⁊ terris priuatarum personarũ, dicũntur esse [a] dictarũ priuatarũ personarũ, nec alicui licet sine earum cõsensu ad aliud predium ducere: lege, a quam que. C. de seruit. ⁊ aqua lege in concedendo. ff. de aqua plu. arcẽda. Et similiter canale siue riuus, per quem dicte aque ducũtur, dicitur esse priuatarum personarum, que ab vtraq; parte riui predia habẽt, seu ad quas spectabat terrenum, in quo riuus factus est, vt declarat Bart. in suo tractatu incipiẽte: Tyberiadis in vltima parte principali, in qua tractat de insula circa finẽ, vbi tractat de riuo. ⁊ de hoc riuo dicit ipse quod loquit lex, sed si riu⁹. ff. fini. reg. ⁊.l.j. ff. de riuis. Ergo si est dictarum priuatarũ personarũ, cui dubium q̃d sine facto ⁊ consensu earũ non potuit Baptiste ius acquiri, vt est regula iuris. Nec ad hoc vr̃ obstare q̃ Baptista vel ei⁹ authores vsi fuerint dicto aqueductu, ⁊ per tẽpus annorũ viginti, ⁊ vltra continue etiam antequã dictas aquas ab illustrissimo principe in feudũ acciperet. q̃r potest responderi q̃ tales seruitutes nõ prescribunt presertim tam breui tempore, sed requiritur tñ tẽpus cuius in cõtrarium memoria nõ existat. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotid. ⁊ esti. l. seruitutes prediorũ. ff. de serui. l. foramẽ. 2 ff. de ser. vrba. pred. † Itẽ in prescriptione requiritur titulus ⁊ bona fides prescribẽtis. l.ij. ⁊ l. super lõgi. C. de prescri. lõg. temp. l. fi. ff. quẽad. ser. amit. Sed nõ constat de aliquo titulo, vel bona fide Baptiste: ergo ⁊c. ¶ Sed p̃missis nõ obstãtibus contrariã s̃niam de iure probabiliorem esse puto, ⁊ Baptiste ac eius heredibus acquisitũ fuisse ius [b] in dicto aque-3 ductu. † Nã si cõsideramus an sibi fuerit acquisitũ ius quasi possessionis dicti aqueductus, adeo quod contra quẽcunq; prohibentem ipsum vti dicto aqueductu habebit interdictũ de aqua quoti. ⁊ estiua. Et indubitatũ est q̃ sic: q̃r satis est q̃ probetur Baptistã vsum fuisse dicto aqueductu aliq̃ tẽpore, nec curatur quanto. l.j. in prin. ⁊ §. q̃ autẽ scriptũ. ⁊ l.j. in prin. ff. de riuis. dummodo bonã fidẽ habuerit: ⁊ sic putauerit sibi hoc licere. d.l.j. §. sed ⁊ si iure. ff. de aqua quo. ⁊ esti. plene p Bar. in l.j. §.ij. ff. de iti. actuq; pri. Et declarat Spe. ĩ ti. de causa pos. ⁊ ppric. §. priuata. ver. aliud quoq; est priuatũ. cũ seq. Et dicit constare de bona fide dicti Baptiste, eoipso quod constat quod longo tempore. s. decẽ annorum vsus est vt no. Inno. in c.ij. de resti. in integ. per l.iij. §. si seruus. ff. de acq. pos. ⁊ Archi. in c.j. de prescrip. in vj. Et Jo. an. in addi. Spe. in tit. de teste. §. nunc videndum. in addi. magna in iij. col. ⁊ Ang. in l. pe. C. quibus non ob. lon. temporis prescri. ⁊ Ant. de bu. in c. cum ecclesia. ad. ff. de cau. pos. ⁊ in cõmẽto. c. peruenit. de censi. ⁊ no. doc. in c. si diligẽti. ⁊ in c. fi. de prescriptio. ¶ Secũdo principaliter dico, ⁊ fortius q̃ non solũ interdictũ sibi competet, sed quod etiam dictam seruitutẽ aqueductus prescripsit: ⁊ sic sibi etiam cõpeteret confessoria. 4 Quod † ostenditur, nã iste aqueductus habet causam continuã, ex quo cõtinuo aque decurrũt, seu decurrere apte sunt: ergo dicit habere causam continuam. d.l. foramen. ⁊ no. gl. ⁊ docto. in l.ij. C. de ser. ⁊ declarat Bar. in l.j. §. deniq;. ff. de aqua plu. arcen. Ergo prescribitur per vsum decẽ annorũ inter presentes, ⁊ viginti inter absentes cõcurrẽte sciẽtia, ⁊ patiẽtia illorũ contra quos prescribebatur. d.l.ij. C. de ser. l. pe. ff. de ser. ⁊ l. seruitutes prediorũ. in prin. cũ gl. ordinaria. eo. ti. etiam nullo precedente ti. l. si quis diuturno. §. si seruãda. Nec etiã requiritur allegatio tituli, vt no. Dy. in c. possessor post mediũ. de reg. iur. in vj. Et patet ex no. per Bar. in d.l.j. §. deniq;. de aqua plu. arcẽ. ⁊ Inn. in d.c. si diligẽti. Requirit etiaz quod bona fide dictus Baptista fuerit vsus dicto aqueductu, tanquam iure seruitutis. d.l. fin. ff. quemad. serui. amit. Et ipsa bona fides presumitur ex vsu decem annorũ, vt proxime dici. ⁊ in terminis nostris decidit. d. Abb. Moder-5 nus in c. si diligenti. de prescri. † vbi dicit q̃ propter vsum lõgi temporis, non requirit q̃ ille qui allegat se prescripsisse seruitutẽ, non habet necesse docere [c] q̃ ex iusta causa fuit inductus ad putandũ sibi seruitutem deberi, puta q̃ ita erat fama, vel q̃r audiuit a fidedignis, iuxta not. p Cy. in l.j. i. iiij. q. C. de serui. ⁊ Bar. in d.l.j. §.ij. de iti. actuq; priua. ⁊ per do. Ant. in c. si diligẽti. ⁊ pro hoc do. Abb. allegat dictũ Inn. in d.c.ij. de resti. in integ. ⁊ inducit tex. in c. cum ecclesia. de cau. pos. Et sic saltem post primos decẽ annos presumitur fuisse in bona fide: per spatiũ sequentiũ decem annorum fuit completa prescriptio. ⁊ ex tali vsu tanti tẽporis apparet q̃ Baptista fuit vsus tanq̃ iure seruitutis, nõ autẽ ob aliam cãm: q̃r vt dicit Inn. in c. bone. el. ij. in prima gl. magna de elect. ⁊ Bar. in l.j. §.ij. de itinere actuq; priua. ⁊ Bal. in l.ij. in v. col. 6 C. de serui. † Ex qualitate actuum comprehenditur, an quis fuerit vsus tãquam iure seruitutis. Nam si via publica prerupta erat, ⁊ propter hoc quis incessit per agrũ vicini: non censetur vsum esse iure seruitutis, sed vbi alia cã non appareret ad presumendũ q̃ aliter sit vsus, intelligetur esse vsus tanq̃ iure seruitutis. l.j. §. julian⁹. ff. de itinere actuq; priua.
7 ¶ † Preterea potest Baptista allegare titulũ emptionis dicte seruitutis concesse a dictis priuatis personis. Et p solam probationẽ vsus. x. ann. presumetur [d] titulum allegatũ precessisse, si interuenit scientia ⁊ patiẽtia dictarũ priuatarũ personarũ in dicto vsu aqueductus. l. cũ de in rem verso. ff. de vsu. ⁊ ibi not. gl. ⁊ Bal. ⁊ l.j. in fi. ff. de aqua plu. arcen. Et ibi notat gl. Dy. ⁊ Bar. ⁊ ita firmat gl. ⁊ Bar. in d.l. seruitutes prediorum. per l. si certis annis. C. de pact. ⁊ l. si filius. C. de petitio. here. ⁊ l. qui in aliena. §.j. ff. de acquiren. here. per l. penul. cum glo. C. commu. diui. ⁊ l. quam tuberonis. §. sunt 8 quidam. ff. de peculio. † vbi nedum contra soluentem longo tempore inducitur presumptio allegati tituli, sed etiã cõtra longo tẽpore patientem, ⁊ firmat Inn. in d.c. si diligenti. ⁊ Bar. latius q̃ alibi hoc probat in sua disputatiõe incipiẽte. Quedã mulier habens magnum patrimoniũ ad fi. ⁊ in suo cõsilio inci. Queritur an iurisdictio. vbi refert Dy. ita tenere idẽ not. gl. ⁊ doc. in c. peruenit. de censi. quam opi. ibi late fortificat Ant. de bu. in repe. in. xj. char. vbi de hoc probat p plures rationes, quas breuitatis causa omitto, idem videt tenere Bal. in l. pen. C. com. diuidun. ⁊ in l.j. in vij. q. C. qui admit. ⁊ Jo. de Imo. in d.l.j. in fi. ff. de aqua plu. ar. vbi dicit quod ab ista opi. quam firmat gl. nõ esset in iudicando recedendũ iuxta notata per Jac. bu. in l.j. C. qui pro sua iurisdi. ⁊ respondet ad nonnulla allegata in contrarium per Cyn. ⁊ alios in d.l. si certis annis. idem tenet Pau. de ca. in d.l. seruitutes. vbi dicit hanc opi. esse communem apud legistas ⁊ Canonistas. Florianus de Bononia in d.l. cum de in rem verso. dicit istam opinionẽ esse cõmunem, ⁊ ipsam sequit. idẽ tenet ibi Fulg. Et ideo cum sit cõmunis opinio a qua in iudicãdo non est recedendum: vt habetur in locis vulgarib⁹, ideo absq; longiori disputatione adhereo huic conclusioni. ¶ Non cõsulo tamen quod si non putant heredes Baptiste titulum precessisse illũ allegẽt: q̃r contra conscientiam agerent. Si ergo salua cõsciẽtia posset allegari titulus, licet nõ probetur nisi per dictũ vsum: ergo sequitur quod presumit bona fides. l. pen. C. de euictione. ⁊ omne ius dictarũ priuatarum personarum per talẽ presumptum titulum, censetur translatũ in dictũ Baptistam. ⁊ per predicta patet responsum esse ad allegata in contrariũ. Nã fateor quod aque ante completum vsum tãti tẽporis erant illarũ priuatarũ p̃sonarũ, vt in iurib⁹ allegatis in p̃riũ: sed postea fuit acq̃sita seruitus aqueductus p prescriptionẽ dicti Baptiste. Itẽ nõ ob. l. hoc iure. §. ductus aque. de aqua quoti. ⁊ esti. q̃r r̃ndeo q̃ ibi loquit, quãdo nõ interuenit sciẽtia ⁊ patiẽtia illius cõtra quem prescriptũ fuit, vt ibi in gl. secus si sciẽte: quia sufficit
tempus

tempus decem annorũ.l.ij.⁊ ibi gl.C.de serui. vel aliter etiã
9 pôt responderi, vt per gl.⁊ doc.in preallegata.l.ij. ¶† Non
obst.qđ in prescriptione requirit̃ titulus ⁊ bona fides:qꝛ di-
co qđ illud est verũ in prescriptione rerũ corporalium, vt in
prescribendo dñio fundi:qꝛ ibi tractatur de maiori preindi-
cio.secus in prescriptiõe seruitutũ realiũ.d.l.si qs diuturno.
vbi nõ requiritur titulus.bona fides aũt fateor ꝙ reqritur,
sed illa ex diuturnitate tẽporis presumit̃ interuenisse, vt su-
10 perius ꝓbaui.¶†Quo ad scđz dubiũ, dico qđ per dictã con
a ductionẽ ⁊ recognitionẽ ac solutionẽ nõ fuit[a] acquisitũ ius
dicto illustrissimo principi cõcedẽdi dicto Baptiste recipiẽ
ti in feudũ.¶ Ad qđ ostẽdendũ presuppono qđ si princeps
ↄcessit in feudũ dictis Joãni ⁊ Baptiste ius ⁊ facultatẽ vtẽ
di dictis aquis ad dictũ vsum molẽdini, ꝓut ante prescripse
runt, vt ꝓbaui, dicti Joãnes ⁊ Baptista recipiẽtes ⁊ condu
cẽtes etiã si sciuerint ius vtẽdi, ⁊ quasi possessionẽ iuris vtẽ-
di dictis aquis ad eos ante dictã ↄductionẽ spectare vigore
saltẽ dicte prescriptionis, dicũtur cõduxisse tanꝙ rẽ spectã-
tem ad principẽ, nõ tanꝙ rem spectantẽ ad ipsos ↄducẽtes,
qđ probat̃ ex his que not.Bar.⁊ alij.in.l.si rem aliquã.ff.de
11 acqui.pos.in.iij.q.in ver.itẽ sequitur.†vbi querit quomodo
cognoscatur, an quis cõducat rẽ suam vt suam, an quasi nõ
suam.Et respõdet ꝙ dicitur ↄducere quasi nõ suã, si in in-
strumẽto cõtinetur. Talis concessit ⁊ locauit mihi talẽ fun
dum.Si autẽ in instrumẽto diceretur:Ego dominus talis
fundi sciẽs me dominũ ⁊ possessorẽ ipsius fundi, volẽs reco-
gnoscere a Titio, ↄduco ab eo.tũc cõducerẽ tanꝙ rem meã
ſm Bar.⁊ alios.Cũ ergo in instrumẽto dicte cõcessionis ⁊
recognitionis nõ dicatur ꝙ dicti Joãnes ⁊ Baptista scien
tes dictũ ius aquarũ ad se spectare volentes recognoscere a
dño principe cõducunt ⁊c.Sequitur qđ videtur conduxisse
12 tanꝙ rem nõ suã ipsorũ cõducentiũ.†Hoc presupposito di
co qđ ſm opinionẽ omniũ, qñ dominus ⁊ possessor etiã scien
ter cõduxit rem ad se spectantẽ, ⁊ cõducit eam nõ tanꝙ ip-
sius cõducentis, per talem cõductionẽ nõ transfertur domi
nium cõductoris in locatorem.l.si quis vi.§.differentia.ff.de
acqui.pos.⁊ ita tenet glo.Bar.⁊ cõmuniter scribẽtes in.d.l.
si rem aliquã.etiã ꝙ allegant.l.iij.§.subtilius.ff.de cõdit.ob
cau.pro hoc etiam facit:qꝛ fictus titulus donationis, ⁊ ficta
traditio nõ inducũt trãslationẽ dñij.l.ei a quo.ff.de vsuca.l.
qui rem.cũ gl.⁊ ibi no.Cy.C.loca.⁊ no.Bar.⁊ alij in.l.cum
13 falsa.C.de iur.⁊ fac.igno.†Vtrũ autem quasi possessionem
perdat cõductor.Bar.in.d.l.si rem aliquã.tenuit qđ nõ. per
d.l.ei a quo.⁊ licet in hoc aliqui in dictis locis sequẽtes glo.
teneãt cõtrariũ, scꝫ ꝙ cõductor hoc casu perdat possessionẽ,
quando sciebat se habere dominiũ ⁊ possessionẽ, per.d.l.qui
rem a cõtrario sensu.cũ gl.⁊.l.qui bona fide.ff.de acqui. pos.
Tñ dato qđ hoc esset verũ qđ conductor perderet possessio
nem:qꝛ videtur habuisse animũ illã perdendi:qꝛ conductor
non hꝫ possidere, sed detinere.l.certe.§.is qui rogauit, ff.de
preca.⁊.l.non solũ.§.qđ vulgo.ff.de vsucap. Et possessio so-
lo animo perditur.d.§.differẽtia. nihilominus oẽs fatẽtur
qđ illa possessio per talẽ cõductorem nõ trãsfertur in ipsuꝫ
principẽ locantẽ:qꝛ cõtractus predicte conductionis est nul
lus scđm omnes, in.d.l.si rem aliquã.qꝛ ↄtractus cõductio-
nis intelligit̃ factus respectu ꝓprietatis nisi specifice agat̃,
qđ cõductio sit respectu possessionis, vt est tex. in.d.l.si rem
aliquã.in verbo specialiter.⁊ ibi hoc no.Bart.⁊ cõmuniter
doc. Si ergo cõductio in dubio intelligit̃ facta respectu ꝓ-
prietatis ⁊ dñij, ⁊ dñium remãsit apud cõductorẽ, vt ꝓbaui:
14 ergo ↄctus est nullus:† ⁊ vbi ↄctus est nullus, nunꝙ trans-
fertur possessio, que ex illo cõtractu consueuit transferri.l.si
qs ante.ver.siquidẽ.ff.de acqui.pos.Et no. Bal.in.l.nõ du-
biũ.in ver.vlteriꝰ oppo.decimo ⁊c.C.de legi.⁊ ibi rñdet ad
l.j.§.si vir.ff.de acquir.pos.idẽ tenet Cy.in.l.ad ꝓbationẽ.in
ver.tertio casu.C.loca.⁊ sequit̃ etiã Sal.in.l.qui rem. eo.tit,
et Jo.de Jmo.in.d.l.si rem aliquã.Et per ↄñs ex quo cõdu
ctor remanet dñs, ⁊ possessio non est trãslata in fiscũ : ipsam
possessionẽ vẽdicare ⁊ apprehẽdere poterit cõductor:qꝛ cau
sa dñij trahit ad se possessionẽ.c.cũ dilectꝰ.de cau. pos.l.bo-
na fides.ff.depositi.Et licitũ est dño possessionẽ rei sue va-
cantẽ, causam etiã si amiserit, ꝓpria authoritate occupare.l.
15 fi.C.vnde vi.¶ † Ad horum confirmationẽ bene facit deci-
sio illius questionis quã format Bar.in.d.l.si rem aliquam.
de eo qui cõduxit in emphyteusim ab ecclesia rem suã tanꝙ
rem ecclesie, ꝓut in dubio ꝓsumit̃, vt dixerit. ↄcludit qđ per
talem cõductionẽ nullũ dominiũ fuit acquisitũ ecclesie, per
ea que dixi.s.Et cũ illa decisiõe trãseũt ibi oẽs.⁊ idẽ tenuit
Ang.in emphyteusim in aut.de nõ alie.Et ẽt Spe.idẽ vide
tur velle in tit.de loca.§.nũc aliqua.ver.lij.Adduco notabi
lem decisionẽ Bal.in addi.Spe.in ti.de loc.in.viij.col.in §.
an quis soluens ⁊c.vbi querit, an quis soluens cẽsum rei sue
ecclesie intelligat̃ rem donare ecclesie.⁊ in effectu concludit
quod aut liquet de proprietate soluentis:⁊ tũc nõ nocet sibi
soluisse censum:qꝛ presumitur errasse in dominio.aut non li-
quet:⁊ tũc presumit̃ ꝓ ecclesia.l.cũ de in rem verso.ff.de vsu-
ris.⁊ ita residet.Ad idem quod no.Bal.in.d.l.ad ꝓbationẽ.
16 in versi.quero si instr̃m ⁊c.†vbi querit quid si instr̃m dicit qđ
ego conduxi a te talem rem tuam:An per hoc ꝓbetur te do
minum:⁊ respondet quod non.qꝛ hec verba sunt narratiua,
⁊ ex natura contractus incidentis prolata : ⁊ quia presumit̃
17 error.allegat.l.cum falsa.C.de iur.⁊ fac.igno.†Probat̃ etiã
quia vbicunqꝫ quis tractat de damno vitãdo, ⁊ probat rem
aliter se habere, dicitur esse probatum de errore, ⁊ toleratur
tunc error etiam in facto proprio.l.sed ⁊ si me putem.in ꝑn.
⁊ ibi notatur.ff.de condi.indebi.l.post diuisionem.C.de iur.⁊
fac.igno.notatur in.l.cũ de indebito.in prin.ff.de ꝓba.⁊ ple-
ne Bar.in.l.nõ fatet̃.ff.de confes.⁊ notatur in.c.fi.per doc.de
cõfessis.⁊ dicti cõductores intelliguntur conduxisse rem non
tãquã suã, sed tanquã principis, vt probaui.Si ergo ꝓbatur
quod illud ius aque spectabat ad eos, sequitur qđ dicit̃ pro-
batũ rem aliter se habere, ⁊ per consequens presumunt̃ per
errorem conduxisse, facit ad hoc ratio.d.l.cũ de indebito.qꝛ
18 nemo presumitur voluisse iactare ⁊c.†Et dñr dicti cõducto-
res tractare de damno vitando, eo ipso tractant de vitando a
amissionem lucri iam quesiti per prescriptionem:quia lꝫ ille
qui perdit spẽ futuri lucri nõ dicat̃ pati damnum.l.liberto.
lxxx.ff.de bo.lib.Tñ si quis perdit lucrũ iam acquisitum, di
cet̃ pati dãnũ.gl.⁊ quã ad hoc ibi no.Bal.⁊ Jo.de Jmol.in
l.non amplius.§.j.ff.de leg.j.Et expresse gl.in terminis no-
stris in.l.j.§.si quis autem propter.in verbo, in integrum re-
stit.de iti.actuqꝫ priua.⁊ no.Cy.⁊ Bal.in.l.cũ te sponse.C.de
do.ante nup.⁊ Jo.de Jmo.in.l.ꝓculus.ff.de dam.infec.Jtẽ
forte allegabunt titulum venditionis precessisse, ⁊ sic titulũ
onerosum, per ea que dixi in primo dubio.Et ex his reddit̃
magis clara conclusio precedens:qꝛ si presumitur qđ condu
ctores ignorauerint se dños, licet scirent se esse possessores
19 †tñ per talẽ cõductionẽ que in dubio intelligat̃ facta respe-
ctu proprietatis, nõ perdunt possessionem, vt tꝫ Jo.de are.⁊
Cy.in.d.l.ad ꝓbationẽ.ad fi.vbi ad hoc allegat.d.l.si rẽ aliꝙ
⁊ hoc ibi etiã tenet Jo.de imo.super gl.fi.⁊ idẽ tꝫ ibi Paul.
de cast.⁊ Lud.ro.idẽ etiam ibi tenet Ang.in fin.prime col.⁊
pro hoc inducunt.d.l.ei a quo.⁊ ſm predicta intelligit̃.l.cen
sualis.C.de do.⁊ quod ibi Bar.Si qñ quis scienter rẽ tanꝙ
suam recognouit in censualẽ.sed in casu nostro conductores
non recognouerunt tanquam suam:imo presumit̃ ignoran-
20 ter cõduxisse, vt ꝓbaui, ⁊ per predicta ptꝫ† obstare si quis di
ceret qđ illa solutio canonis hꝫ vim ficte traditiõis possessio
nis, vt.l.per vniuersas.§.per colonum.cum gl.ff.de acq.pos.
⁊ no.in.l.quãuis.§.j.eo.ti.⁊ ex notatis per Bar.in.d.§.per co
lonũ, ptꝫ qđ illa est ficta traditio dũ allega.d.l.quamuis.§.j.
⁊ quod ibi Bar.⁊ expresse no.Ant.de but.in.c.cum venisset.
in.iij.col.de rest.spo.Quia respondeo, ⁊ dico qđ illa traditio
facta virtute dicti tituli nulliꝰ, non potuit ꝑiudicare dictis
cõductoribꝰ in iure dominij per.d.l.si rẽ aliquam.⁊ maxime:
qꝛ fictus titulus donationis, ⁊ ficta traditio ꝑ solutionẽ pen
sionis nõ inducũt translationem dominij, ⁊ hoc etiam si con
ductores sciuissent se acqsiuisse ⁊ prescripsisse dictũ ius, quã-
21 to minus eis nocebit cũ ignorauerint:¶† Preterea dicimꝰ
qđ per dictam solutionẽ pensionis translata fuerit possessio
per dictos conductores in principem, tamen quia facta fuit
dicta traditio vigore tituli nulliꝰ, potest aduocari, certe sic.
tex.est cũ gl.in.l.si eum.in prin.ff.de do.inter vir.⁊.l.iubemꝰ.
§.sane.el primo.cum simi.C.de sacrosan.eccle.¶ Postremo
vnum considero quod puto satis esse ponderandum.Nam
dicti cõductores ꝑscripserũt ius seruitutis aque ducẽde ad
dictum molendinum, ⁊ sic in illis aquis nõ habebant aliqđ
22 ius nisi seruitutis quãtũ est pro vsu dicti molendini, †nõ eñ
vlterius se extẽdit ius seruitutis quã expostulet necessitas il
lius rei cui est acquisita seruitus.l.ergo.cum.l.seq.⁊.l.is qui
duo.ff.de serui.rusti.predio.Et sic non dicebãtur dicti cõdu
ctores acqsiuisse dominiũ dictarum aquarum, vt possent de
eis libere facere quicquid vellent.nam aliud est habere do-
miniũ, aliud est habere ius seruitutis.l.fi.in fi.C.de ꝑscri.lon.
tẽp.l.lucio.ff.de aqua quoti.⁊ esti.vñ si postea a principe cõ-
ducũt ⁊ recipiũt i feudũ dictas aquas indeterminate, ptꝫ qđ
ipsi cõduxerũt aliud ꝙ ipsum ius qđ habebãt, qꝛ primo non
habebãt nisi ius seruitutis, ⁊ facultatẽ vtẽdi aquis quãtũ eẽt
pro vsu dicti molendini tm̃.nũc aũt vigore cõductionis ha-
berent potestatem vtendi dictis aquis ad oẽm vsum.Et sic

a ¶ Non fuit.in hoc bene dicit [illegible]

non sumus ppriè in materia.l.si rem aliquã. scilicet qñ quis conducit illud qd habet.nã ista cõductio presumit facta pro eo iure qd non habebat,vt sic aliquid operetur.l.menius.in prin.sz verosimile est ⁊c.ff.de leg.ij. Unde aut durat ius conductionis in persona omniũ dictorũ cõductorũ ⁊ eius heredum:⁊ tũc vterq3 stabit cõtractui. Aut in persona Baptiste est finitũ ius cõductiõis,⁊ cõcessionis feudi,⁊ remanet ei vel heredibus saluũ ius seruitutis antea acquisite p prescriptionem. Nec ad hoc obstat si diceretur qd incõtinenti qd facta fuit conductio ad tam longũ tẽpus conductores effecti fuerunt dñi dictarũ aquarũ quo ad vtile dominiũ.l.j.in fi.ff.si ager vecti.vel emphy.pet.⁊.j.⁊ ibi notat de inuesti.de re alie. fa. Et per cõsequens fuit extinctũ ius seruitutis.l.i.cũ si.ff. quemad.serui.amit.l.in re cõmuni.ff.de serui.vrb.pre. Nam res sua sibi seruire nõ põt,vt ibi. Et sic ex quo erat domin⁹ molendini,cui debebat seruitus,⁊ vtilis dominus aquarum 23 debuit extingui seruitus:⁊ tertia illud est verũ quando irreuocabiliter conductores essent effecti dñi,alias secus.l.legatarius.§.j.⁊ ibi not.doct.⁊ maxime Joan.de Imo.ff.de leg. j. Requiritur ergo quod pleno iure effecti fuerint domini. ad hoc.l.sextante.§.latinus.ff.de except. rei iudi.l.non quocunq3.in prin.ff.de leg.j.l.in bello.§.si quis seruum.cum si.ff. de cap. sed isti nec irreuocabiliter, nec pleno iure erant domini. Ergo non fuit extinctum ius seruitutis. Alexan.

Casus. Chechus ⁊ Bertinus fratres steterũt in cõmunione omnium bonorum longo tempore vsq3 ad tẽpus mortis. Qua cõmunione durãte dictus Bertinus dotauit tres eius filias de libris ducentis sexaginta. ¶ Successiue fuit captus idẽ Bertinus dicta cõmunione durãte tẽpore guerre ab inimicis, adeo qd necessitate cõpulsus recepit in mutuo pro se liberãdo certã quantitatẽ pecunie a Petro per publicũ instrumentũ,in quo idẽ Bertinus obligauit omnia sua bona cũ pacto precarij. ¶ Post predicta morit dictus Chechus superstite nepote ex filio vocato Tartaglia eius herede. Modo dict⁹ Bertin⁹ superstite dicto Tartaglia,⁊ superstitib⁹ nepotib⁹ ex dictis suis filiab⁹ ipsius Bertini,quib⁹ hereditas dicti Bertini est delata, q̃ non adiuerũt. ¶ Deinde dict⁹ Tartaglia alienauit omnia bona cõmunia ipsorũ Bertini, ⁊ Tartaglie,p pretio librarum trecentarũ Boñ. Nũc dict⁹ Petrus creditor vult sibi satisfieri de credito suo in bonis dicti Bertini. Dict⁹ Tartaglia allegat se velle detrahere tantũ de pretio dictorũ bonorum per eũ alienatorũ,quantũ fuerũt dicte dotes filiarũ dicti Bertini. ¶ Modo queritur an verũ sit de iure qd dictus Tartaglia habere debeat precipuũ tantũ de bonis predictis quãtũ fuerũt dicte dotes[a] potissime in preiudiciũ dicti Petri habẽtis expressam hypothecam bonorũ Bertini, quã non habet dict⁹ Tartaglia. ¶ Secũdo posito q̄ nõ,qd remediũ[b] intẽtare debeat dict⁹ Petrus creditor pro suo credito recuperãdo. ¶ Itẽ an dict⁹ creditor possit sibi satisfieri de suo credito immediate dicti pretij spectantis ad heredes dicti Bertini existẽtes penes dictũ[c] Tartagliã. Itẽ an dictus Tartaglia heres dicti Chichi teneat pro dimidia parte ad dictũ creditũ dicti Petri,vt.s.contractũ per dictum Bertinum durãte dicta cõmunione:⁊ tenet q̄ sic,modo Bertinus non fuerit captus culpa sua lata,vel leui.

a ¶ Dotes. decidit Alex.q̄ nõ.

b ¶ Remediũ hypothecarie saluiani conditionis ex.l.

c ¶ Dictũ. tenet q̄ sic.

d ¶ De cõmuni. Sed cõtrarium verũ est [struck through]

e ¶ Precarium.j. lib.vj.cõs.lxxxv.

Consilium. LXX.

Videretur circa primũ dubium prima cõsideratione dicẽdum onus dotandi dictas filias spectasse ad dictũ Bertinum eius patrem tantũ,⁊ per cõsequens si dotate fuerũt de communi q̄ competat actio dicto Tartaglie heredi dicti Chechi pro dimidia quãtitatis dictarũ dotiũ datarũ pro dicta dimidia de bonis dicti Chechi, cuius Tartaglia heres est. 1 ¶ † Hoc primo videt in specie decidere Spe. in tit.de iudi. in.iiij.parte in.§.sequit videre.in ver.qd si vnus ex fratrib⁹. vbi inquit:quid si vnus ex fratribus coheredib⁹ habet filiã, nunquid dotãda est de cõmuni:⁊ Respõdet q̄ si auus puelle pater dictorũ coheredũ viueret, ipse haberet neptẽ dotare. ff.de iure do.l.pfectitia.§.si fili⁹.ff.ad mace.l.sz talis.§.si filius.⁊.l.si filius.ff.de in rẽ ver.⁊.l.⁊ ideo.in fi.⁊.l.seq. Si autẽ nõ viuit auus,cõcludit qd de bonis patris sui tantũ dotãda est,nisi coheredes inter se aliter specialiter pacti fuerint, vt produxi:qr tũc pactũ seruandũ est.ff.p soc.l.si soci⁹ pro filia. Et hoc idẽ sequit Bal.in.l.si patru⁹.circa.iiij.col.C.cõmu. vtri.iudi.⁊ Bal.in aut.ex testã.in pen.col.C.de col. vbi dicit qd vnus ex fratrib⁹,mortuo patre,dotãdo filiã suã non põt preiudiciũ facere fratrib⁹ ei nõ cõsentiẽtib⁹, nisi essent adeo socij qd hoc liceret:p expssa capitula societatis, allegat.d.l. 2 si socius pro filia.ff.pro soc. ¶ † Sed premissis nõ obstantibus puto in.q.premissa aliter cõcludendum,vez qd predicta pcedant,si dicti fratres nõ erãt in expssa vel tacita societate, ⁊ cõmunione omniũ bonorũ,sz si erãt in societate oĩm bonorũ:tũc cõcludo dictas filias fuisse de cõi[d] dotãdas. hoc aperte decidit Bal.in addi.quas fecit ad tractatũ Bart.de duobus fratribus.vbi refert illũ dictũ Spe.in.d.ver.quid si vn⁹ ex fratribus.postea subdit qd sumptus,qui fiunt in persona vnius fratris vel filij aut filie de cõi fieri nõ debet,nisi sint socij omniũ bonoz.allegat.d.l.socius. Et subdit etiã qd ille q ducit vxorẽ,dz facere sumptus de suo,nõ de cõmuni nisi sint socij omniũ bonoz.allegat.ff.de mune. ⁊ one.l.at qui originem.§.fi. Dicit etiã ibi,qd si vnus fratrũ soluit cõdenationẽ suã qd alter nõ tenet cõtribuere iure societat,si fuit licite cõdẽnatus ex delicto, secus si per iniuriã iudicis:qr tũc dz solui de cõmuni si erãt socij generales,alias nõ.allegat.ff.p socio.l.cũ duob⁹.§.Papinianus.⁊.§.fi.idẽ etiã voluit Bal.in preallegata.l.si patruus.vbi refert illud dictũ Spe. in.d.§. sequit.⁊ postea subdit q̄ pdicta pcedũt vbi non apperet inter fratres fuisse societatẽ omniũ bonoz.sz si appareret eos esse socios omniũ bonoz:tũc dicit idẽ dicẽdũ de duob⁹ fratrib⁹ qd de duob⁹ socijs:qr essent participãda pspera, ⁊ aduersa,q̃ ius ⁊ natura societatis participari iubet. allegat.d. l.cũ duob⁹.§.dãna.⁊.§.qdã saga.⁊.§.fi.cũ cõcor.ibi allegatis p eũ. Subdit etiã Bal. in.d.l.si patruus.in vlti.col.C.q̄ qñ ex pmiscuis actib⁹ apparet fratres esse socios omniũ bonorũ cõferẽdo oĩa vndecũq3 obueniẽtia,debẽt omnia equaliter diuidi,nõ cõsiderato an vn⁹ pl⁹ lucret q̃ alius,vel plus expẽdat q̃ alius:qr hoc in societate gñali non attẽditur, sed oĩa sunt equaliter participãda.allegat sepius alle.l.si socius pro filia.p socio.qd etiã sequit Pe.de anch.in cõs.cccij.inci.in materia de qua queritur ⁊c. ¶ Preterea dato q̄ dictus Tartaglia esset p dicta dimidia creditor hereditatis Bertini, tñ non debet preferri in bonis Bertini dicto Petro creditori habẽti expressam hypothecã,cũ dictus Tartaglia nullam habeat hypothecã.l.cos.C.qui po.in pig.hab. Et in hoc puto esse faciendũ fundamẽtũ:qr tutissimũ est. 3 ¶ † Circa secundum dubiũ principale rñdetur q̄ dictus Petrus agere põt actione hypothecaria cõ possessorẽ bonorũ:vel etiã tuti⁹ erit qd agat vtili Saluiano interdicto ad possessionẽ, q̃ ad aliã peruenit,⁊ nõ habebit necesse pbare qd dicta res ad cui⁹ possessionẽ agit,esset in dñio,vel quasi debitoris,sz sufficeret pbare qd debitor tpe obligatiõis,vel post illã possedit, vt declarat Bar.in.l.rẽ alienã.in.iij.col.ff.de pig. act.⁊ in.l.j.C.de salui.interdi.⁊ in.l.j.ff.e.ti.⁊ Sal.in.l.cũ res.C.si alie.res pigda.sit.vel adhuc magis vtiliter ⁊ secure intentare põt agens ad recuperandũ possessionẽ rerũ sibi obligatarũ remedium seu conditionẽ ex.l.fi.C.de acqui.pos.propter precariũ[e] appositũ in instrõ obligatiõis.quo casu etiã nõ posset opponi agẽti exceptio excussionis bonorũ nõ facte cõtra debitorẽ principalem,ita voluit Jac.but.⁊ Ang.in prealle.l.fi.per illum text.⁊ Jac.but.in aut.hoc si debitor.C.de pigno.⁊ in aut.sed hodie.C.de act.⁊ obli.⁊ ibi hoc etiam sequitur Pet.de anch. ⁊ approbat hoc Angel.in.l.exitus.ff.de acqui.pos.⁊ in.l.ij.§. hac actione.in fi.ff.vi bo.rap.⁊ Bal.in.l.j.C.de reuo.his que in frau.cre.⁊ Bar.in.l.j.§.fi.cũ.l.se.ff.pro socio.in lectura antiqua,⁊ satis erit probare qd tpe contracti debiti,⁊ instri,vel post debitor possidebat dictam rem,per preallegatam.l.fin. 4 ¶ † Ego ad tertium dubium respondeo breuiter,qd si dict⁹ Petrus aget cõtra heredes,qcunq3 sint dicti Bertini actiõe personali,⁊ obtineat,poterit executionẽ petere ⁊ consequi dictam quãtitatẽ seu pretiũ predictũ:qr cũ dicta bona fuerint pro parte hereditatis dicti Bertini,ita censetur esse in hereditate istud ptiũ,sicut ⁊ erãt bona:qr in vniuersalib⁹ put est hereditas pretiũ succedit loco rei.l.si rem ⁊ pretiũ.ff.de peti. here.l.si possessor.§.j.eo.ti.⁊ notatur in.l.labeo.la.j.ff.de vb. sig. Nã si dictũ ptiũ erit in hereditate,⁊ exactũ sit, poterit pro executione sñie capi.si aũt non sit exactum ad vendicandũ.erit nomen debitoris.i.dicti emptoris alijs bonis in hereditate Bertini nõ extantibus.l.a diuo pio.§.in venditione. ⁊.§.sic qñq3.cũ ibi notatis.ff.de re iudi.⁊ bona gl.in.l.j.C.de pto.pigno. ¶ Si aũt queratur an agi possit hypothecaria actione ad dictũ ptiũ,⁊ dicẽdũ est qd nõ:qr in hypothecaria pretiũ non succedit loco rei,nisi re perempta vel prescripta. gl.est in.l.j.⁊ ibi sequũtur doc.ff.de distra.pig.⁊ illam gl.pro valde sing.sequitur Bar.in.l.qui a debitore.in prin.ff.que in fraudem

fraudē credi. ¶ Et per ꝓdicta etiā satis liquet nō esse opus insistere circa quartum ⁊ vltimū dubiū, postꝙ̄ potior est in iure dictus Petrus: tū in hac dubitatione vltima cōcludo prout in prima: scʒ quod si erāt socij omniū bonoꝝ ⁊ in dicta captura, ⁊ in dependētibus ab ea nō intercesserit culpa lata, vel leuis dicti Bertini, damnū debet esse cōe. d. l. cum duobus. alias est. l. papianus. §. socium. ff. pro soc. iūcta. l. socius socio. e. ti. Et in specie Bal. in preallegato tractatu de duobus fratrib⁹. Sic verificat̃ ⁊ intelligitur qđ not. Spec. in. d. §. sequit̃. ver. quid si alter ex coheredib⁹ cōdēnatus est. ⁊ qđ no. Bar. in prealle. l. cum duobus. §. papinianus. post gl.

Consilium. LXXI.

Lege. ʒ. li. iij. consi. lxxij. vbi plenius habetur.

Summarium.

1 ¶ Heres in dubio censetur grauari ⁊ non alius.
3 Filius licet cōuentus a creditore paterno se defenderit, ⁊ de debito probatum sit, nisi etiam aliter constet filium heredem esse, succumbet actor.
6 Alimēta preterita qn̄ petuntur quomodo concludendum.
7 Alimenta pro modo fructuū prestāda, nec vēdit̃ ꝓprietas.
9 Alimenta non petuntur, si quis aliunde alitus est. nu. 10. 12.
11 Liber rationum quando semiplene probat.
14 Soluere quid si quis promittat ad voluntatem tuam.

Consilium. LXXII.

Viso processu ⁊ omnibus actis instrumētis, ⁊ attestationibus, ⁊ tam gestis coram arbitris inter quondā. d. Jo. quondā Dominici taniani de Jmola ex parte vna, ⁊ Xantem taniani ex parte altera, ēt gestis inter Bartolinum filiū, ⁊ heredem dicte domine Joāne agentē ⁊ dictū Xātem se defendentē tam coram arbitris quā coram vicario potestatis, ⁊ dño Uice potestate ciuitatis Jmole, ⁊ visis vltimo actitatis in causa appellationis videndū est an recte lata fuerit sentētia in causa principali per dictū Uice ptātē. qui dictū Xantē cōdēnauit ad dandum dicto Bartolino libras centum Boñ. ⁊ hoc pro quinqꝫ vltimis annis illoꝝ vndecim annoꝝ post mortē mariti dicte. d. Joāne decursoꝝ. Et sic an partes iudicis appellationis sint in cōfirmando primā sniam, vel in corrigendo, iuxta. l. eos. in prin. C. de ap. ⁊. l. j. in prin. ff. de ap. Et qꝛ pcessus est diffusus, ⁊ leuato velo actitat⁹: omissa discussiōe eorū, q̄ ad rē nō ꝯferūt, afferāt firmiora dūtaxat fundamēta. Ex qbus oi cessante scrupulo pro parte Xantis ex toto bene appellatū esse liquebit, pretermissis ad vtrāqꝫ partē argumentis. ¶ Quod igit̃ nō bene iudicatū fuerit: patet ex plurib⁹. ⁊ primo fundamētū intētiōis actoris erat Xantē tanꝙ̄ heredē in effectu Bartholomei olim Dñici taniani teneri ad illas expēsas ⁊ alimēta prestāda. d. Joāne predicte, tā occasione testamenti dicti Bartholomei, ꝙ̄ occasione laudi lati per quondā. d. Joannē de noidolis, ⁊ Masium de schibanis, ⁊ magistrū Mannē checoli. nec pōt dici dictū Xātē ad ꝓdicta alimēta quouis modo teneri, nisi sit heres dicti Bartholomei seu Ludouici heredis instituti ex testamēto dicti Bartholomei: qꝛ ad dicta alimēta legata, vt dr̄ domine Joanne in testamēto dicti Bartholomei † non tenet̃ in dubio ali⁹ ꝙ̄ heres testatoris. l. seru⁹ legatus. §. qui margaritā. in fi. ff. de leg. j. ad hoc. l. fi. §. ⁊ si prefatam. cum simi. C. de iure delib. nisi alius esset specialiter grauatus a testatore ad onus legatorum, si pro tali onere subeundo aliquid sibi relictū esset. l. ab eo. C. de fideicōmissis. l. plane. la. ij. ff. de leg. j. Sed nō reperit̃ quod a dicto Bartholomeo testatore fuerit istud onus alimentorū iniunctum alicui specialiter: ergo intelligit̃ solum iniūctū heredi suo. i. Ludouico. ⁊ patet expresse ex narratione facta in principio libelli dicti Bartholomei, ꝙ ipse agit cōtra Xantē tanꝙ̄ in effectu heredem dicti Bartholomei: ergo debuit actor probare dictum Xantē esse heredem dicti Bartholomei: alias eo nō probāte debebat reus absolui. c. j. vt eccle. benefi. l. ei qui. ff. de ꝓba. ⁊. l. qui accusare. C. de eden. Istud autē nō est aliquo modo probatū per dictū Bartholomeū: ergo dominus iudicans male condēnauit. nec potest dici ꝙ Xātes fateat̃ se esse heredē in effectu Bartholomei: qꝛ hoc nō constat in processu, imo potius cōtrariū. nā libello ꝓducto in prima causa mota tpe vite. d. Joāne. narratur Xantē esse heredē in effectu dicti Bartholomei: ⁊ ipse nō fatetur se esse heredē, imo in. xi. exceptione opposita cōtra libellū ipse negat narrata ꝓut narrant̃ esse vera, ⁊ ita ēt ī petitione ꝓducta p Bartolinū narrat̃ in principio Xantē esse heredē Bartholomei, ⁊ Xātes in prin. exceptionū suarum negat cōtēta in petitione Bartholomei esse vera. oportebat enim ꝓbari p Bartolinū ꝙ post mortē Bartholomei decessit Ludouicus, ⁊ sine liberis. Quo casu fuisset locus substitutioni facte in testamēto Bartholomei tūc substituētis Tauianū, 2 ⁊ eius liberos. † ⁊ qđ hec ꝓbari debuerūt per Bartolinum, attēto qđ est fundamentū intentionis sue, etiam si talis intētio sua sit fundata in negatiua: ptʒ ex notatis per Jnn. in c. super his. de accu. ⁊ in. l. hoc iure. iuncta. l. in illa stipulatione si Calēdis. de verb. obli. cum ibi no. per Bar. maxime circa fi. dum allegat. l. ex facto. §. pe. ff. ad tre. ⁊ no. Jo. de Jmo. post Bar. in pallegata. l. ex facto. §. pe. ⁊ istis ꝓbatis, ac ꝓbato etiā qđ Tauian⁹ vel Xātes sciēs se substitutū esse Ludouico in testō dicti Bartholomei. ⁊ sic sciēs delatā sibi esse hereditatē Bartholomei vigore substitutionis fecerūt actus, q fieri nō poterāt citra ius ⁊ nomē heredis, diceret̃ esse ꝓbatū Xantē esse heredē Bartholomei, aliter nō hec ꝓbant̃ in. l. heres institut⁹. ⁊ in. l. p herede. in prin. ⁊ in. l. gerit. ff. de acqr. here. Sed ꝓdicta nō sunt nec allegata, nec ꝓbata: ergo deficit fundamentū intentionis actoris. ¶ Ad hoc facit qđ no. Bar. Ang. ⁊ alij in. l. necessarijs. ff. de agr. here. ⁊ in. l. si cū dotem. §. trāsgrediamur. post gl. ff. sol. mat. Et notāt doc. in. l. j. 3 C. si vt se ab here. absti. † vbi^a plus volūt, qđ etiā si filius, cui a mortuo patre delata erat hereditas patris, cōuētus fuerit a creditorib⁹ paternis, ⁊ in iudicio cōparuerit fili⁹ simpliciter vt filius, nō vt heres, nec aliū actū fecerit tanꝙ̄ heres, nō poterit cōdēnari ad satisfaciendū creditoribus paternis: qꝛ nō dicit̃ cōstare ipsum fuisse heredē. Nec obstat si dicat̃ qđ ī dicto laudo fuit cōdēnatus Tauianus pater dicti Xantis: qꝛ rñdeo qđ Tauianus tūc fuit cōdēnatus ad dandū. d. Joāni xx. libras noīe Ludouici tūc viuētis, pro quo Ludouico ꝓmisit de rato, sed quo ad expēsas ⁊ alimēta nō fuit cōdēnat⁹ Tauian⁹, sʒ simpliciter fuit declaratū qđ dicta. d. Joāna in casu viduitatis ⁊ necessitatis posset se reducere, ⁊ habitare in domo hereditatis olim dicti Bartholomei, ⁊ ꝙ posset, ⁊ deberet participare de parte hereditatis pro rata expensarū, ꝗm cōditionē p̄rimonij ad arbitriū boni viri. Et sic nō fuit 4 condēnatus in aliquo Tauianus. † Et dato ꝙ ꝓmiserit ꝙ Ludouicus ratū haberet, potuisset conueniri Xantes tanꝙ̄ heres Tauiani quod faceret ⁊ curaret ꝙ Ludouic⁹ vel eius heres ratū haberet: alias eo nō faciente ratū haberi: tenebit̃ ad interesse. l. ij. ⁊. l. quo enim. §. iulianus. ⁊. l. si procurator. ff. rem ra. hab. Sed Xantes non conuenit̃ tanꝙ̄ heres Tauiani, nec conuenit̃ ad aliquod interesse ratione ratihabitionis nō sequute nec de limitato interesse occasiōe dicte ratihabitiōis nō facte probatū est, ergo super eo snīa ferri nō potuit. l. habebat. in prin. ff. de insti. c. abbate. de re iudi. in. vj. iūcto. §. curare. insti. de ac. ¶ Scđo principali fundamento ostēdi- 5 tur dictam sententiam non fuisse recte latam. † Nā sentētia cōformis debet esse libello. l. vt fundus. cōmuni diui. l. fi. C. de fideicō. liber. c. qualiter ⁊ quādo. el. ij. de accus. c. licet Heli. de simōia. Sʒ in libello Bartolinus narrauit qđ dicta. d. Joāna anno singulo. xj. annoꝝ quibus in viduitate vixit, cōsumpsit ꝓ alimētis suis corbes sex grani, ⁊ corbes sex vini. Et libras. xij. Boñ. pro alijs necessarijs ad victum. ⁊ libras qnqꝫ Boñ. pro calciamento ⁊ vestimēto. Quare petijt dictū Xantem condēnari ad dandum dicto Bartolino ꝓ quolibet dictorū. xj. ann. dictas corbes sex grani, ⁊ corbes sex vini, ⁊ di- 6 ctas libras. xij. ⁊ dictas quinqꝫ. † Nam qn̄ petuntur alimenta preterita, non dʒ peti pecunia: ⁊ estimatio alimētorū indistincte, imo peti debet frumētum, ⁊ vinum, ⁊ similia q̄ debebant̃ pro alimentis, ⁊ sic in eis debet fieri cōdēnatio, non in estimatione. l. nulli. C. de eroga. mili. anno. libro. xij. Notat Bar. in. l. libertis quos. §. manumissis. ⁊ de alimen. cib. leg. ⁊ Bar. in suo tractatu alimentorum. ⁊ consilio. ccxj. inci. quidam sibi filios heredes, ⁊ vbi petit̃ res si iudex condēnat ad estimationem, nō valet sententia. l. fi. C. de fideicō. liber. ⁊ notat Bar. ⁊ alij in. l. vinum. ff. si certum peta. ergo non debuit iudex dictam condēnationē alimentorum reducere ad pecuniariam estimationem. ¶ Tertio fundamento confirmat̃ predicta conclusio ad ostendendū manifestam iniquitatem dicte sentētie. Et istud ꝓculdubio est efficacissimū fundamētum. Nā dictus dominus Joānes de videlis, ⁊ reliqui arbitri declararunt ꝙ dicta domina Joanna in casu viduitatis ⁊ necessitatis, possit se reducere, ⁊ habitare in domo heredi-

a ¶ Ubi si. lxxi

tatis olim dicti Bartholomei, ⁊ qd posset ⁊ deberet participare de parte dicte hereditatis pro rata expẽsarũ ſm conditionẽ patrimonij, arbitrio boni viri. † Et vbicunq; debent alicui alimẽta que pstãda sunt arbitrio boni viri. i. p modo facultatũ. l. pe. ff. de ali. ⁊ cib. leg. debẽt alimenta limitari ⁊ taxari pro modo redituũ. i. ſm quãtitatẽ fructuũ patrimonij nec deberet vendi proprietas[a] pro prestandis alimẽtis, etiam si in patrimonio esset proprietas alicuius rei magni valoris, ⁊ modici redditꝰ. l. Impator. ff. ad treb. no. Bar. in. d. l. pe. in priñ. ff. de ali. ⁊ cib. leg. no. Ang. ⁊ Jo. de Imo. in. l. nesenniꝰ. §. fi. ff. de re iu. vbi pro hoc dicunt esse text. fin. in. l. qui bonis suis. ff. de cessi. bo. Et idem ponit Ang. in. d. l. qui bonis. vbi ingt vna cũ Bal. ita se cõsuluisse apud Ariminũ. Et seqˀt etiã hoc Ang. ⁊ Joan. de Imo. in prealle. l. Imperator. Sed si interrogaretur dominus iudicans, qui sententiã tulit, vbi inuenit ipse probatum in processu qd fructus ⁊ reditus hereditatis Bartholomei essent tot ⁊ tãti, qd dicte dñe Joanne p rata expẽsarũ possent pstari singulo anno libre. xx. Bono. prout ipse taxauit: scio q rñdere nequiret: qr in hoc processu minime pbatũ est: sed motꝰ fuit ille bonus pater ex relatiõe Bartholomei saragoni, ⁊ magistri Jacobi de piro. q in pcessu prime cause agitate cũ. d. Joanna assumpti fuerũt ad referẽdũ quãtũ verosimiliter expẽdere ⁊ ↄsumere potuerit dicta. d. Joanna in alimẽtis singulo anno. Et retulerunt eã verosimiliter expẽdere debuisse, ⁊ potuisse singulo anno libras. xx. Boñ. Sed aduertẽdũ fuit: qr isti fuerũt assumpti per iudicẽ, ⁊ partes ad taxandũ quantũ domina Joanna expendere potuerit: nõ aũt ad taxãdũ quantũ sibi deberetur pro expensis de bonis hereditatis Bar. pro rata arbitrio boni viri: vnde nõ erãt debita dñe Jo. simplr alimẽta, sed in casu viduitatis ⁊ necessitatis poterat. d. Joanna se reducere: ⁊ debebat participare de parte dicte hereditatis pro rata expensarum, ſm cõditionẽ patrimonij. Super hoc aũt scʒ quantũ inesset fructibus dicte hereditatis, ⁊ sic quantũ arbitrio boni viri deberet dicte dñe Joãne, hoc nõ fuit cõmissum dictis relatoribꝰ, nec per eos taxatũ. Et aduertẽdũ qd illud idẽ qd debebatur dicte do. Jo. vigore dicti testamẽti Bartholomei, debebatur etiã pariformiter tribꝰ alijs mulieribus, prout in testamẽto dicti Bartholomei cõtinet, ⁊ sic nõ omnis reditus erat conuertẽdus in cãm alimẽtorũ. d. Joãne †, ⁊ hoc est qd senserũt dicti arbitri in laudo suo, dum dixerunt pro rata[b] ⁊c. Quod quidẽ verbum importat. idem quod pro virili, ⁊ non insolidum, vt in aut. si qñ. C. de consti. pecu. l. in his. §. Imperator. ⁊. §. fi. ff. de solu. ⁊ in. c. Raynaldus. in verbo pro rata. de test. quantum autẽ esset, vel esse deberet rata dñe Joãne nõ est liqdatum in pcessu: qr nõ est pbatũ de valore redituum hereditatis deductis ⁊ deducẽtis: ergo nõ potuit cõdẽnari Xãtes cũ ex incerta pbatione nõ possit ferri sententia. l. ij. ⁊ p totũ. C. de sen. que sine cer. quan. ⁊. d. §. curare. ¶ Quarto principali fundamẽto euidẽter apparet de iniquitate dicte sententie, vt pbat manifeste ex his que cõcludit Barto. in. d. l. libertis quos. §. manumissis. ff. de alimẽ. ⁊ cib. leg. † vbi qˀsiuit vtrũ si filius alimẽtauit se suis operis: vel sibi donata fuerũt alimẽta ab extraneo, an dicta alimẽta seu quãtũ pro alimentis filij fuit cõsumptũ possit filius cõseq a patre q tenet alere filiũ, ⁊ decidit q nõ: qr ita demũ pr̃ tenet alere filiũ, si est in necessitate. Et sic si nõ hʒ aliunde vñ se alat. l. si quis a liberis. §. sed si filius. ⁊. §. alimẽta. ff. de lib. agno. Secus si filius accepisset pecuniã mutuo, vt se aleret. Et idẽ ẽt notat Pau. de Castr. in. l. diuortio. in prin. ff. sol. mat. † vbi dixit qd si vxor q mortuo viro intra annũ dʒ ali ab heredibus viri, si mulier non habet aliũde vnde se alat, vt ibi no. gl. ⁊ mulier intra annũ nõ petierit intra dictũ annũ se alimẽtari, q elapso dicto anno nõ poterit pro illo anno petere alimẽta postq̃ aliũde alimẽta est: qr dr habuisse aliũde, vñ se aleret nisi mulier petijsset ab heredibꝰ intra dictũ annũ prestari sibi alimẽta, ⁊ heredes fuissent in mora. ⁊ pp̃ter hoc oportuisset mulierẽ recipere pecuniã mutuo ⁊ se alere. Nã tũc ratione more, tenerent. ⁊ h. d. esse quotidianũ, ⁊ notandũ: ⁊ sepius de facto vidisse: pro hoc faciũt qd notãt dñi de rota sua conclusione. ccc. inci. Itẽ qd monachus ⁊c. vbi idẽ cõcludunt in alimẽtis pteritis debitis monacho ab Abbate, qui alimenta monacho nõ pstitit. cũ ergo in pposito p dictis. xj. annis, vel aliquo eorũ annorũ nõ fuerit vnquã dictꝰ Xãtes in mora cõstitutꝰ, nec interpellatus a dicta Joãna: imo potiꝰ fuerũt ei alimẽta oblata in domo habitationis ipsius Xantis, vt plures testes deponũt qd tũc nõ expedit discutere circa pbationẽ dictorũ testium: qr non fuit necessaria talis probatio, ⁊ dicta. d. Joãna aliunde alimẽta habuerit, sequitur qd dicta alimẽta petere nõ põt, presertim cũ pro ipsis alimẽtis nõ appareat eã accepisse pecuniã mutuo, vt se aleret, vt dicũt doctores in dictis locis. nec obst. si diceretur quod ipsa fuit alimẽtata Bartolino, qr respõdeo qd Bartolinꝰ ab ea dicta alimẽta repetere non poterat dato qd alimẽta per Xantem fuissent debita. d. Joãne, vt no. Bar. in. l. alimẽta. C. de neg. gest. per. l. ij. e. tit. ⁊ sic non potest dici qd. d. Joanna propter dicta alimẽta fuerit obligata Bartolino, ⁊ pp hoc qd potuerit. d. Joãna alimẽta cõsequi a Xãte, sicut dicimꝰ i casu, qñ ipsa pecuniã mutuo recepisset, vt se aleret. itẽ nõ obstat si diceret qd Bartolinus suo noĩe põt agere actione negotiorũ gestorũ ↄ Xantẽ pro dictis alimẽtis. l. nesennius. ver. pone peregre ⁊c. ⁊ ibi docto. ff. de neg. gest. ⁊. l. si qs a liberis. §. si mater. ⁊ ibi Bart. ff. de lib. agno. qr ad hec respondeo primo quod nõ agit dictus Bartolinus suo proprio nomine actione negotiorũ gestorũ, sed tanq̃ heres, ⁊ hereditario nomine dicte. d. Joanne. ¶ Preterea nõ est probatum q Bartolinus prestiterit sibi alimẽta de suo proprio, qnimo ipse deducit in positiõibus qd a pluribꝰ psonis dabãtur dicte. d. Joãne eleemosyne pro victu. ¶ Nec etiã obstat si dicatur qd saltẽ probatur Bartolinũ emisse quasdã pelitias pro matre, vt videt cõstare ex processu facto coram primis arbitris: qr respondeo qd non est hoc plene, nec semiplene probatũ. † Nã si appareret hoc esse probatũ per libros rationum ipsorũ artificum, qui essent homines probate fidei. Et cõstaret illã scripturaʒ esse manu dictorũ artificũ. vel eorũ mandato scriptã: tũc esset verũ qd faceret semiplenã probationẽ de eo qd attestaret illa scriptura, vt no. in. l. admonendi. ff. de iureiur. ⁊ clare Bart. in. l. nuda ratio. ff. de dona. ⁊ Jo. an. in addi. Spec. in titu. de instr. edic. §. restat. in addi. magna, ⁊ Cano. in. c. ij. de fide instru. in. c. fi. de iureiur. Sed non constat ista per libros rationum aliquorũ artificum probate fidei, adeo qd constet istos libros esse libros dictorũ artificum. ⁊ per consequens sequit qd nõ est probatũ qd Bartolinus de suo alimẽta prestiterit d. Joanne. ¶ Quinto principaliter obstat Bartolino: qr si domine Joanne debebant alimenta, illa ei debebant in casu necessitatis, vt apparet ex verbis testamẽti dicti Bartholomei, in quo testõ se fundarunt arbitri in prolatione dicti laudi, ⁊ ab ipso testamẽto tanq̃ a probatione recipit interpretationẽ ⁊ declarationem dictũ laudum. d. l. pen. ⁊ qd ibi gl. in ver. actorũ. C. de sen. que sine cer. quãti. ⁊ qd not. Bart. in. l. ait pretor. §. j. ff. de iud. facit qd no. in. l. si quis ad exhib. ff. de excep. rei iudi. ⁊ in. c. si confirmationẽ. de ele. in. vj. ⁊ in. l. hoc enim. in prin. ff. de suspec. tut. ¶ Sed quomodo põt dicere Bartolinus qd. d. Joanna fuerit in casu necessitatis: ⁊ sic qd de suo proprio sibi alimẽta subministrari non possent illis vltimis quinq; annis, pro quibus iudex tulit condẽnatoriã: nõne primo Bartolinꝰ exegerat de pecunijs debitis ipsi. d. Joãne libras. xx. Bonoñ. de anno. M. cccc. xlj. a dicto Xante, vt constat publico instr̃o producto in pcessu. ¶ Itẽ habebat in bonis. d. Joãna ius exigendi dotes suas, q̃ fuerant librarũ quinquaginta, vt constat publico instrumento producto in processu. Itẽ habebat dimidiã p indiuiso plurium bonorũ assignatorũ in partẽ dicte. d. Joan. a dicto Bartolino de bonis hereditatis dicti Bartholomei diuisis inter dictos heredes, vt cõstat publico instr̃o pducto in actis. ⁊ inter cetera erat vna vinea posita in fundo põtis noui, que erat valoris librarũ centum sexaginta: ⁊ pro tanto fuit vẽdita, vt fatet Bartolinus rñdendo positionibus productis in causa principali. Et illa remãsit in bonis dicte. d. Joanne p sua dimidia: qr fatet Bartolinus qd eã vendidit modo sunt quatuor anni, ⁊ sic post mortẽ matris q̃ decessit. M. cccc. xlij. vt cõstat in pcessu. ¶ † Ex quo ergo Joãna poterat vẽdendo vineã ex illa pecunia se alere, dicebatur se posse alere, ⁊ sic nõ esse in casu necessitatis, vt no. Ange. ⁊ Jo. de Imo. in. l. si maritus in id. ff. sol. mat. Allegant id quod habetur in. l. qui põt facere. ff. de re iudi. ⁊ no. Bal. in. l. qd noĩe. in fi. ff. de condi. inde. ¶ Ex hoc ptʒ quod frustra laborauit Bartolinus, qui per aliquos testes, maxime in causa appellationis pductos, conatꝰ est pbare qd. d. Joãna. erat in casu necessitatis. Nam si habebat predicta bona. vt statim ostẽdi, cõstat manifeste qd nõ erat durãtibꝰ illis bonis in casu necessitatis. Et dicti testes in effectu nihil pbãt ↄcludẽter. maxime qr nõ deponunt de quãtitate tpis in quo fuerit in necessitate: imo de tpe nõ recordantur. Quomodo ergo potest dici dictũ Xantem teneri p quinq; annis si testes nõ deponũt de necessitate qnq; annorũ: qui eñ se fundat ex tpe, debet illud concludẽter probare. l. matrem. C. de probat. l. eum actum. ff. de nego. gest. l. non solum. §. sed vt probari. cũ ibi plene no. per Bart. ff. de ope. noui nun. c. in presentia. de proba. Postremo non omitto quod vere inspecto testamẽto dicti Bartholomei in quo se

7 · 8 · 9 · 10 · 11 · 12

[a] ...oprietas. alex. l. ma... ñ. ff. so. ma. ...aricꝰ. §. e. li. ...c. i fi. ⁊. d. l. ...pator. Lãc. ...ci. l. apd iulia... ...§. heres. ff. de ...g. j. deci. l. diuꝰ. ...fi. de reg. iur.

[b] ¶ Rata. and. ti... ...q. in cõsu. pic. ...retra. §. xj. gl. ...ij.

quo se fundarunt arbitri nõ debebãtur Joanne etiã in ca-
su viduitatis ⁊ necessitatis aliqua alimẽta. Nã in testamen-
to dicit: Item reliquit ⁊ voluit quod.d. Joãna.d. Frãcisca
⁊.d. Augustina.⁊.d. Zanna in omnẽ casum viduitatis ⁊ ne-
cessitatis possint ipse vel altera earũ ꝓut euenerit redire, sta
re ⁊ habitare in domo dicti testatoris sine ꝯdictione suorum
heredũ vel alterius persone. Nihil autẽ dixit testator de ali-
13 mentis, sed de habitatiõe ⁊ mãsione.† Et certum est de iure
qḋ appellatione habitationis ⁊ mansionis non veniunt ali-
menta. Quia alimenta dicunt genus, habitatio vero dr̃ spe-
cies que nõ comprehendit ipsum genus alimentorũ.l.cum
hi.§.qui transigit.cum ibi notatis.ff.de transact.l.lega.ff.de
alimẽ.⁊ ciba.leg.l.cũ antiquitas.C.de vsufru.vñ dicti arbi-
tri pronũciãdo qḋ attẽto dicto testamẽto.d. Joãna possit in
casu viduitatis ⁊ necessitatis se reducere ⁊ habitare in do-
mo hr̃ditatis Bartholomei. Et qḋ possit ⁊ debeat partici-
pare de parte hereditatis pro rata expensarũ ꝑm cõditionẽ
patrimonij ad arbitriũ boni viri retulerũt se ad arbitriũ bo
ni viri.i.iudicis.l.vir bonus.ff.iud.sol.l.continuus.§.cũ ita.
ff.de ver.ob. Et illa verba, ad arbitriũ boni viri faciũt cõdi-
tionẽ.i.si bonus vir arbitrabit: vt.l. post dotẽ ꝑm quintam
lecturã.ff.solu.mat. Et no. Bar.in.l.centesimis.§.fi.de verb.
14 obli.† vbi dicit ꝙ si qs dicat: promitto tibi dare decẽ ad vo
a luntatem meã, videor ꝓmisisse sub cõditione si voluero:[a] qꝛ
illa prepositio ad, facit ꝯditionẽ.allegat.l. post dotẽ. Et idẽ
no. Bar.in.l.j.in ver.tertio principaliter q̃ro de prepositio-
nibus.⁊c.ff.de cõdi.⁊ demõ.vbi ꝑ hoc allegat.l.si vir.e.ti. Et
no.Bar.in.l.quibus diebus.§.termilius.ff.de cõdi.⁊ demõ.
Sed ita est qḋ per bonũ virum hoc est per iudicẽ nõ est irre-
uocabiliter declaratũ dicta alimẽta deberi dñe Joanne, nec
etiã de iure dꝫ per aliquẽ bonũ virũ hoc arbitrari: qꝛ in te-
stamẽto nõ sunt relicta alimẽta, sed sola facultas habitãdi.
Ergo iniuste pronũciauit iudex deberi alimẽta pro quinqꝫ
annis. Et si dicti arbitratores expresse ⁊ firmiter declaras-
sent qḋ occasione dicti testamẽti deberent alimẽta pro certo
suã conscientiã onerassent: qꝛ hoc nõ erat testamento cautũ.
¶ Ex quibus omnibus infert proculdubio vera conclusio
per dñm Judicẽ applõnis pronũciandũ male fuisse per di-
ctum vice potestatem iudicatũ, ⁊ bene appellatũ pro par-
te dicti Xanti. Et debet per consequens Xantes a petitione
dicti Bartolini absolui. Et victus victori in expensis con-
demnari. Alex. de tar.

Epitome.

¶ Petitio hereditatis non datur etiam filio post.xxx. an-
nos: nec contra possidentem titulo etiam post mortem de-
functi quesito.

Consilium.LXXIII.

Punctus talis est. Bac-
chus decessit iam sunt.xxxvj.anni intestatus reli
ctis dominabus Bartholomea, Vermigla, Li-
xia ⁊ Georgio dicti Bacchi filijs legitimis ⁊ naturalib⁹. di-
ctus Georgius se immiscuit, ⁊ pro herede vniuersali se ges-
sit, ⁊ gerit tenẽdo ⁊ possidendo res, ⁊ bona q̃ tenta ⁊ possessa
fuerũt per dictũ Bacchũ ⁊ que fuerũt olim domine Jacobe
prime vxoris dicti Bacchi. Que.d. Ja. decessit iã sunt quin
quaginta anni, ⁊ vltra ex se ⁊ Baccho eius marito tãtũmo-
do relicta dicta Bartholo. eius seu eorũ filia ⁊ hr̃de vniuer-
sali dicte dñe Jacobe cuius hereditatẽ adiuit ⁊ agnouit. Et
successiue dicta Bartholomea titulo donatiõis inter viuos
solẽniter dictã hereditatem dicte Jacobe, ⁊ omnia iura he-
[b] ¶ Poterit. hāc sequiꝫ Alex. hic ꝛ in. d. l. fin. ꝛ ibi Pau. Jas. de re. cred. sed deci. ibi tenet cum Pet. ꝛ Cy. sed distinguendum vt noue dixi in consu. pari. §. lxj. iter fideiussorē ex proprio 2ctu obligatū ꝛ tertiū possessorē. si enim contra fideiussorem fuit lis debite 2testata qꝛ tunc cōstabat principalē esse nō soluendo vel absentē ꝛ obligatio erat pura ꝛ clara tūc fideiussor cōstitutus fuit in vera mora in qua iniuste litē cōtestauit tūc superuenientia opulētie vel psentie principalis ei nō prodest aliogn mora ꝛ frustratio pdesset qd̄ est absurdum. secus si actū est ante tps vel si debitū non erat liquidū vel si non constabat principalem esse non soluendo sꝫ fuit lis contestata ad oēs fines vt qñqꝫ fit licet inito reo fieri nō debeat vel si qua alia iusta ꝛ probabilis causa excludat verā moram ꝛ frustrationem a qua facilius excusaꝫ tertius possessor bone dei emptor et nūc certificatus de onere petito ꝛ absentia principalis: qꝛ nihilominus sua interest causaꝫ agi: vt tutum recursum euictionis habeat in posteruꝫ vnde superueniētia pncipalis vel facultatum proderit et hoc iustum est quia vtrique parti consulitur. [illegible]

Summarium.

1 ¶ Dilatio secunda nō debet dari, nisi ex causa iusta ꝛ pro-

bata.ꝛ nume.5.
9 Heres producens testamentum debet mitti in possessioné, et si aliter non constet morte defuncti.

Consilium.CI.

Visis omnibus actis tā cause vertentis inter Lingueriam vt heredem domine Coche agenté, quā inter Bernardū de famirana, ac Gualterinum Hugoné, Philippū bipholum vt filios ꝛ heredes Antonie quondam vxoris dicti Bernardi reos principaliter conuētos, ꝛ Magdalenam quondam Hugonis corbizi pro interesse suo se opponentem, quā etiā inter dictam Magdalenam agenté, ꝛ dictum Bernardum ac heredes dicte Antonie reos principaliter conuentos, et dictum Lingueriam se pro interesse suo petitioni Magdalene opponentem, et contradicentem. Circa primā causam breuiter vt patet ex actis, electus sum ad cōsulendū an Lingueria mittend⁹ sit in possessioné bonorū dicti Bernardi, ꝛ dictorum heredum Antonie in eorum contumaciam secundum formam statutorū, de quibus in actis. Attento quod ex opposito pro parte Magdalene principaliter allegata sunt duo si bene inspiciantur acta cause, ꝛ maxime sub die ix. ꝛ die.xi. Februarij. Primū est, qḋ Magdalena hꝫ potiora iura. Secundum est, ꝙ data fuit dilatio procuratori Magdalene ad probandum de interesse suo in causa, in qua Lingueria est actor, ꝛ elapsa prima dilatione petitur secūda dilatio ad idē probandū, et ex aduerso per Lingueriam dicitur se habere meliora, ꝛ potiora iura opponendo plura contra testamentū Franciscę productū pro parte Magdalene: ꝛ quod secunda dilatio statuti non debet Magdalene, quia ante petitionem secunde dilationis fuerat cōclusum in causa. ¶ † Unde pro conclusione predictorū presuppono ꝙ tertius comparens ad causam pro interesse suo regulariter audiri debet, si velit impedire missioné in possessioné, seu executionem sententie, vel instrumenti, presertim quando peteret procedi ad missionem in possessioné pro quātitate pecunie, vt in casu nostro. l. a diuo pio. §. si super rebus. ꝛ ibi no. Bar. ff. de re iudi. c. veniens. el. ij. ꝛ ibi notat Inno. de testib. ꝛ plene no. in. c. cum super. de re iudicata. ꝛ per doc. in. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. Et ex hoc patet quod recte et rite fecit iudex statuendo procuratori Magdalene dilationem ad probandum de interesse suo, seu sibi incumbentia.

2 ¶ † Secūdo presuppono quod iudex finita prima dilatione regulariter non debet dare secundam dilationé,[a] nisi petens secundam dilationem dicat, et probet ꝙ ipse in prima dilatione fuit impeditus probare. l. fina. cum ibi notatis. ff. de ferijs, ꝛ presertim hoc erit verum, quando elapsa prima dilatiōe fuit īpeditus probare, si diceremus petenti debere statui secundā dilationem ex hoc efficeretur ius aduersarij deterius extrinsecus. l. mancipiorum. de ope. leg. ꝛ per Barto. ꝛ alios in. d. l. fi. ꝛ per docto. in. c. vltra tertiam. de testi. ꝛ per Sali. in. l. j. C. de dila. facit. l. ꝛ si post tres. ff. si quis cau. Sed in proposito, si diceremus absqꝫ allegatiōe ꝛ probatione impedimenti dari debere secundam dilationem Magdalene, ex hoc extrinsecus efficeretur ius Linguerie deterius, quod patet, qꝛ si non statuatur secunda dilatio Magdalene, cum in hoc iudicio ipsa non probauerit se habere potiora iura, mittetur Lingueria in possessionem bonorum, que possidétur per reos cōuentos:

3 † ꝛ eoipso quod possidentur per eos presumentur esse de bonis ipsorum reorum, vt no. gl. ꝛ doct. in. d. l. maritorum. ꝛ expressius not. Barto. in. d. l. a diuo pio. §. si super. in penultima columna. ff. de re iudica. ꝛ in leg. j. C. de priuile. fisci. ꝛ Bald. in aut. ei qui. in. ij. colum. C. de bo. autho. iudi. possi. ꝛ in lege etiam. C. de execu. rei iudi. ꝛ sic consequetur seu cōsequi poterit Lingueria absque alia probatione possessionem dictorum bonorum. Cuius possessionis cōmodum est magnum, vt institu. de interdict. §. commodum. ¶ Sed si concedatur secunda dilatio: mittetur Magdalena in possessioné eorum bonorum, que per dictum Bernardum ꝛ heredes Antonie possidentur, que possidebant per dictam Franciscā tempore mortis sue. Et si Lingueria postea velit agere cōtra Magdalenā tanquā cōtra tertium possessorem ad ista bona tanquā hypothecata sibi per Bernardū, et Antoniam habebit necesse probare vere quod spectabat ad Bernardum, ꝛ Antoniam iure dominij vel quasi. l. ꝛ quemadmodum. §. quod dicitur. ꝛ. l. si ab eo. ff. de pign. ꝛ notatur in §. item Seruiana. institu. de actio. ꝛ per Bart. in. l. rem alienam. cū similibus. ff. de pigno. actio. ¶ Et idem si vellet agere Lingueria nō actione hypothecaria: sed aliqua via executiua contra dictam Magdalenam tāquam tertium possessorem ad quez peruenissent dicta bona, haberet necesse probare de dominio Bernardi ꝛ vxoris, aliter quam docendo

4 de sola possessione, vt no. Barto. in. d. §. si super. † Commodum autem facilioris probationis, seu quod quis releuetur ab onere probandi, videtur esse magnum, vt not. gloss. in. l. ij. in princip. in versic. suspectum. ff. soluto matrimonio. ꝛ in lege penultima. C. deposi. ꝛ in lege, cogi in princip. in glos. in versicu. defensum. ff. ad Trebellia. Et est magnum commodum habere viam executionis paratē. ꝛ expedite. l. minor viginti quinque annis cui fideicommissum. ff. de mino. Sed in petitione secunde dilationis, nec allegatur impedimentum intercessisse durāte prima dilatione: nec etiā allegatur quod ius Linguerie per hoc non sit deterius: nec alia colorata cā allegatur propter quam concedenda sit secūda dilatio: ergo illa dari non debet, per regulam dicte. l. fi. Quinimo, vt dixi,

5 apparet qḋ ius aduersarij efficeretur deteri⁹. ¶ † Pro hoc bene facit quod notat Baldus in. d. l. fina. de ferijs. in secunda columna. in versicu. iuxta hoc incidenter quero, que cause cognitio ꝛc. vbi dixit quod quando post primam dilationem petitur sequēs dilatio, requiritur allegatio ꝛ probatio impedimenti. nec sufficeret allegatio sola sine prohibitione. l. excusare. ff. de excusatio. tutorum. Nec etiam sufficeret probatio impedimenti sine allegatione: quia petitio noue dilationis non debet esse incolorata, sed iustificata per causam, secundum Baldum. allegat in argumentum. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adulter. ꝛ. ff. de minori. l. minor autem magistratus. ꝛ in. l. ij. §. circa. ff. de doli except. Et licet Baldus dicat quod in contrarium facit lex finalis. C. de annali exceptio. ꝛ non respondeat. Tamen dico quod dicta precedens opinio in quam inclinare videtur Baldus est verior: ꝛ probatur ex notatis per gloss. in. l. secunda. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Et ibi clarius notat Bart. in princip. in versicu. sed contra hoc videtur quod multe ꝛc. et

6 Innocen. in capit. preterea. de dilat. † vbi dicunt, pone quod quis citatur vt compareat die feriata in fauorem hominū, certe quamuis regulariter quando est dubium an citat⁹ teneatur cōparere, tenetur in dubio comparere ꝛ allegare causam propter quam non tenetur comparere. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. ꝛ dicta. l. secunda. ff. si quis in ius voca. ꝛ multe sunt cause in quibus potest procedi tempore feriato. l. j. et secunda. ff. de ferijs. Tamen citatio facta pro die feriata, nō valebit etiam parte non comparente: ꝛ nihil opponente, vt probatur in dicta. l. ij. in fine. Nisi in citatione exprimatꝰ specialiter causa ex qua appareat quod in illa causa poterat procedi tempore feriato, vt notat glos. ꝛ docto. in preallegata. l. secunda. ¶ Et sic satis est quod inspecta communi regula, citatio non procedat ad hoc vt ipsa citatio nō procedat nisi aliud exprimatur. Sed ita est quod communis regula est qḋ secunda dilatio sine causa peti ꝛ dari non debet, vt in dicta l. finali. Ergo nisi exprimatur colorata causa propter quam

7 dari debeat a iudice, non procedit petitio. ¶ † Nec obstat. l. finalis. C. de annali exceptio. quia ibi libellus generalis respectu petentis habet sua substantialia. nam quod in libello debeat exprimi ꝛ specificari causa, hoc fuit inductum solum fauore rei, vt posset melius deliberare an velit cedere vel cōtendere. l. prima. in princip. ꝛ ibi notatur. ff. de edend. Nimirum si reotacente, ꝛ nihil opponente procedit libellus quasi tacite videatur suo fauori renuntiare, vt dicta. l. fi. facit. l. fi. C. de excep. ꝛ. l. sed ꝛ si susceperit. in princip. ff. de indic. Sed qḋ dilationes debeant amputari, ꝛ sine causa plusquā semel non concedi, fuit inductum ne alius per calumniam ꝛ calliditatem quis persepe dilationem peteret. l. prima. in fi. C. de dila. ꝛ. l. secunda. C. de tempo. appel. ꝛ sic in casu isto cessat ratio que est in casu dicte. l. fina. C. de anna. exceptio. ¶ Istis sic presuppositis īfero partes domini potestatis esse in hac prima causa pronuntiare, ꝛ interloqui non obstantibus exceptis dictum Lingueriam esse mittendū in possessioné bonorum dicti Bernardi, ꝛ aliorum reorum pro quantitate librarum ducentarum, ꝛ expensis legitimis, ꝛ committere nūcio quod dictum Lingueriam inducat in tenutam dictorū bonorum, ꝛ victum victori condemnet in expensis. ꝛ sic non debet procedere dominus potestas ad statuendum secundā dilationem rationibus supradictis, et etiam ex quibusdam alijs que breuitatis causa pertrāseo, qꝛ predicta sufficiunt. Quod autem in ista causa non habeat Magdalena potiora iura, luculenter patet, qꝛ nihil ipsa probauit, nec ostendit quod in bonis Bernardi, ꝛ filiorū Antonie habeat aliquod ius. Et

[a] ¶ Dilationem. vide Auffre. in addi. Deci. tholo. cxvi.

tus. Et licet allegauerit se habere ius in bonis hereditatis Fräcisce, et eius testim produxerit, in quo Magdalena est heres instituta pro dimidia, et dixerit quod predicta bona hereditaria possidetur per Bernardum, et per heredes Antonie: tamen ista sua petitio non concernit bona Bernardi et heredum. vel saltem negari non potest quod nondum constat quod bona que possident Bernardus et heredes Antonie sint de bonis hereditatis domine Francisce. Ergo non constat quod in bonis possessis per Bernardum et filios Antonie Magdalena habeat meliora, et potiora iura. Nec ad hoc obstat si dicatur quod quidam Marcus procurator dicti Bernardi tamen cöparuit, et respödedo libello domine Magdalene cöfessus est omnia contenta in libello esse vera: quia respondeo primo quod clarum est, quod hoc nocet quo ad tenutam dandam in bonis heredum Anto. in fauorem Linguerie: quia Marcus non comparuit nomine dictorum heredum.

8 ¶ † Secundo respödeo, quia mandatum Marci in causa, in qua ipse comparuit, non reperio fuisse productum ante conclusum in causa: unde postea non potuit produci[a]. c. cum dilectus. de fide instru. etiam in iudicio summario vez in iudicio intentato secundum formam. l. edicto. C. de edict. diui. ut no. Bal. in d. l. edicto. in. xv. col. in versi. sed dubitatur an conclusio etc. ¶ Nec habet obstare si contra Lingueriam dicatur quod instrumentum non est liquidum, et quod non est probatum de debito: quia respondet quod sufficit iuramëtum prestitum secundum formam statuti sub rubrica de tenutis etc. ¶ Quo autem ad secundam causam super libello Magdalene: dico quod etiam partes potestatis sunt in pronunciando Magdalenam esse mittendam in possessionem bonorum hereditatis Francisce quondam Manis de castro ebiario, que spectabant ad ipsam Franciscam tempore mortis: et hoc pro dimidia. Et committi nuncijs curie, ut vadant et diligenter perquirant de dictis bonis. Et dictam Magdalenam in possessionem ipsorum bonorum pro dimidia inducant, ut. s. Et dictum Lingueriam in hac causa in expensis condemnent.

9 † Nam eoipso quod Magdalena producit testamentum Francisce non cancellatum, debet mitti in possessionem bonorum testatricis a qua fuit instituta heres: etiam absque eo quod aliter probet de morte defuncti, ut not. Bartol. in d. l. edicto. in versicu. quero utrum substituto pupillariter etc. Et sequitur etiam ibi Salice. quia testamentum nö datur heredi viuo testatore. l. ij. §. si dubitetur. et §. fina. cum. l. sequent. ff. quemadmodum testa. ape. et hec sola presumptio sufficit in hoc iudicio summario, secundum eos. Nec etiam expedit aliter probare quod Magdalena sit heres, ut no. glo. in d. l. edicto. in ver. legitimo. et ibi hoc sequitur Bart. in. ij. col. Nec etiam est necesse exprimere, et specificare bona, sed nuncius postea lata sententia habet hoc inuestigare, iuxta notata in. l. j. in princ. ff. de eden. ita inquit Sali. in d. l. edicto. §. sancimus. in prin. Et sic in hoc melioris conditionis Linguería, quia eoipso quod inuenitur Bernardum, et heredes Antonie aliqua bona possidere, potest ipse induci in possessionem illorum bonorum, alio nö probato, ut dixi supra. Secus est quo ad tenutam dandam Magdalene, quia ipsa nö pöt induci in possessionem bonorum, que fuerunt Francisce tempore mortis sue. Et quo ad illa bona hereditatis Francisce Linguería non fuit, nec est legitimus contradictor, quia non pretendit titulum testamenti, cuius vigore se mitti petat in possessionem bonorum hereditariorum. Nec etiam ipse habet possessionem dictorum bonorum, nec allegat se habere titulum aliquem in dictis bonis a dicta Francisca, vel eius herede. Et per consequens non est legitimus contradictor, ut plene legitur et nota. in d. l. edicto. secundum veras et cömunes conclusiones.

10 † Quinimo linguería cöparens tanquam tertius, et petens copiam, nö debuit audiri nisi primo de suo interesse doceret. d. c. veniens. de quo nunquam docuit, et dato quod docuisset, non erat tale interesse propter quod ipse esset legitimus contradictor, ut dixi. Et per hoc patet nö habere obstare quod ipse Linguería se opposuerit quominus dictum testamëtum in publicam formam redigeretur, eo quia dicebat quod notarius qui de eo fuit rogatus nö expleuit illud etc. Et si sua aliquo modo possit interesse vel sibi damnum eueniret, petiit super hoc cösilium sapientis. Et extat statutum quod si aliquid spreta petitione consilij gestum fuerit, non valeat etc. quia ad hoc rñdeo primo quod consilium sapientis fuit petitum conditionaliter si sua interesset. et certe nö videtur sua interesse, quia illud testamentum concernit bona hereditatis Francisce, non aut bona Bernardi et heredum Antonie de quibus tractat Linguería. Secündo quia ex inspectione testamenti Francisce producti in causa, non apparet quod fuerit de mädato iudicis in publicam formam redactum post dictam petitionem

11 consilij, sed potius ante, ut patet ex subscriptione. ¶ † Tertio quia iste exceptiones videlicet quod testamentum sic falsum, vel nullum, aut similes, regulariter nö habent impedire dictam missionem in possessionem. l. ij. C. de edict. diui. Quinimo dixit Bald. in. l. questionem. in. v. colum. C. de fideicom. quod etiam sufficeret si testamentum esset in scriptura priuata confectum, dümodo non appareret prima fronte abolitum vel vitiatum.

Summarium.

2 ¶ Mandati defectum opponens quando debet probare. et nume. 3.

4 Iurans presumitur certus et deliberatus.

5 Dicta in prima positione non censentur repetita in sequentibus.

9 Pactum iuratum de non probädo solutionem nisi per testamentum incisum: valet.

Consilium. CII.

Viso pcessu inter Georgium quondam Fini agentem, et Georgium Francisci Pasquini defendentem corä potestate terre Mutiliane, et allegationibus aduocatorum utriusque partis, et literis domini Potestatis dicte terre me requirentis, ut cösulam que future sint partes sue. ¶ Discutiam primo an sit fundata intentio actoris. Secündo an in totum vel pro parte, et pro qua parte sit fundata intëtio rei.

1 † Circa primum videtur sufficienter esse fundatam intentionem actoris per instrumentum publica manu cöfectum, pro quo presumitur et fidem plenam facit. l. cum precibus. C. de prob. c. ij. de fide instr. Etiam est fundata intentio agentis ex statuto sub rubrica, de modo procedendi in causa quando de debito apparet publicum instrumëtum. Nec obstat si dicatur quod illa executio peti nö potuit sine speciali mandato procuratoris, et quod nö apparet de mandato procuratoris dicti Georgij, quia ad hoc breuiter rñdeo quod etiam dato quod verum esset, quod requireretur specificatum mädatum, tamen sufficit quod fuit pronütiatum die. iiij. Maij

2 quod pcurator habebat legitimum mandatum. † Et illa interlocutoria quo ad partes transiuit in rem iudicatam, et pro veritate habetur. c. cum dilecti. et ibi gl. fin. de elec. et plene in. c. cum cessante. de appel. et in. l. quod iussit. ff. de re iudic. et in. l. arbitrio. ff. qui satis. cog. et in. l. post sententiam. C. de sent. Specifice notat in terminis nris Bar. et alij in. l. licet. C. de pcur.

3 † Preterea attëto quod non fuit opposita exceptio contra mädatum vel pcuratorem, nec a principio, nec in medio. Unde quod ille qui vult repellere procuratorem, habeat necesse subire onus probandi, ut nota. gl. in. l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. et in d. l. licet. et gl. Inn. in. c. j. de elect. in. vj. et Jo. And. in. c. quoniam contra. de proba. et Bal. Salice. et Pau. de ca. in d. l. per illum tex. et Ang. in d. §. rati. et Canoniste et alij, et maxime Joä. de Imo. in. c. cum in iure. de offic. deleg. Non obstat etiam si dicatur quod Miserolus Bartolinus, et Xantes pro quibus Gregorius constituit se debitorem principalem Georgij nö erant debitores, et quod de eorum debito non apparet. Quia rñdeo quod etiam dato quod illi nö fuissent debitores, tamen Gregorius tenetur attëto maxime iuramëto suo, ut egregie decidit Bar. in. l. si quis pro eo. in versi. octauo probibetur etc. ff. de fideius. et Ange. in. l. hi qui. eodem titu. et iuramentum semper seruandum est, ubi seruari potest sine interitu salutis eterne. c. si vero. et. c. cum contingat. de iureiurando. c. ij. de pact. lib. vj. Et operatur quod actus valeat omni meliori modo quo valere potest ut. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij.

4 † Et presumit certioratus et deliberatus qui accedere ad actum, super quo iurat, ut no. Archidiaco. in d. c. ij. et declarat Anto. de Butr. in. c. si diligenti. de foro compe. circa. vj. vel. vij. col. in versic. fallit primo etc. Et patet ex his que leguntur et no. in. c. ex rescripto. de iureiu. ¶ Venio ad secundum, an fundata sit intentio rei, adeo quod debeat in totum, vel pro parte absolui. Et dico quod primo est fundata intentio rei in summa librarum vigintinoue, et in solidis quatuordecim, debita per actorem reo ex causa mutui, quam summam actor offert se paratum compësare in illo resto librarum nonagintasex, et solidorum decem et octo, petito, prout in libello. Et reus acceptat etiam hanc cöpensationem fieri. Item est fundata intëtio rei in libris duode-

[a] ¶ Producit. Imo quandocumque ex quo non fuit oppositum.

rium Bononien. quas consensit actor compensari reo occasione sequestri facti de dicta summa ad instantiã magistri Iacobi magnani, vt constat in actis. ¶ In alio nõ reperio sufficienter esse probatã intentionẽ rei. Et licet actor rñdendo duodecime positioni, confiteatur qd Gregori⁹ pro ipso Georgio, ꝛ pro sua commissione soluit Panighetto magnano solidos quindecim ꝛ in decimaquarta positiõe fateatur quod soluit dictus Gregorius ipsi Georgio solidos decem, ꝛ in decimasexta positione fateatur quod soluit dictus Gregorius ipsi Georgio florenũ vnũ. Et in. xvj. positione fateatur qd Gregorius soluit pro dicto Georgio Magano. lib. xiiij. Tñ hec probatio nõ releuat: nã per instrumentum debiti est clare probatum quod Gregorius erat debitor Georgij in summa librarum cẽtum quinquaginta duarum, ꝛ cõfitetur actor in libello, quod est satisfactum sibi actori de dicta summa, ꝛ quãtitate librarũ nonagintasex, ꝛ solidorũ decẽ ꝛ nouẽ supra. Ergo si reus vult probare se satisfecisse de dicta resto librarum nonagintasex, ꝛ solidorũ decem ꝛ nouẽ, vel eius parte: oportet qd probet qd ille summe de quibus fit mentio in dicta. xij. xiiij. xvj. ꝛ. xvij. positione fuerint solute postq̃ fuerat satisfactũ dicto Georgio a summa librarum nonaginta sex: ꝛ solidorũ. xix. supra, alias illa probatio nõ concluderet. c. in presentia, de proba. l. non solũ. §. sed vt probari. cum ibi no. per Bar. ff. de ope. noui nun. ꝛ no. in cle. vna. de rescri. Nec obstat si dicatur q̃ iungendo primam positionẽ, in qua dicitur qd Gregorius pro solutione residui dicti constituti, dedit, ꝛ soluit dicto Georgio infrascriptas res, ꝛ bona ꝛc. cum illis alijs quatuor positionibus: videtur actor cõfiteri quod fuerunt soluti pro residuo dicti constituti, quia ad hoc rñdeo primo, qd ex prima positione, ꝛ eius responsione nõ põt se aliquo modo fundare Gregorius cõuentus, qꝛ illa prima positio Gregorij fuit per actorem absolute negata. nec in aliquo est probata saltem quantum ad summas contentas in dictis quatuor positionib⁹. ¶ Scdo rñdeo, q̃ illa prima positio habet respectum solũ ad bona cõtenta in primis quinque positionibus, in quibus oratio est imperfecta: nisi suppleatur per contenta in prima oratione, sed non hꝫ respectũ ad alias positiones in quibus oratio est perfecta: † qꝛ dicta in prima positione non intelliguntur repetita in sequentibus, vt declarat Bar. ꝛ alij in. l. j. in prin. ff. de public. Et hoc fuit de mente ipsius Gregorij producentis positiones. Nam in prima positione loquitur de his rebus que fuerant tradite Georgio. Et post dictam quintam positionem incipit ponere res que fuerũt tradite alij quam Georgio. ꝛ saltem verba illa sunt dubia, scilicet an referantur ad dictas quatuor positiones. † vnde in dubio fieri debet interpretatio contra illum, q se fundat ex ipsa scriptura. l. veteribus. cum ibi nota. ff. de pac. ꝛ. d. c. in presentia. Aliam quantitatem non est confessus dictus Georgius recepisse. Ad predictorum confirmationem bene facit, † qꝛ plures confessiones et responsiones vnius ꝛ eiusdem respondentis, sic debent interpretari, vt vna non cõtrarietur alteri. ita inquit Bal. post Pe. ꝛ Cyn. in. l. cum falso. ad finem. C. de iur. ꝛ fac. igno. bene facit tex. in c. cum tu. de testibus. ꝛ quod notat Cy. in. l. in exercendis. C. de fide instru. ꝛ Bar. in. l. scripture. eo. tit. Expresse Sali. in proposito nostro in respondente positionibus hoc firmat in l. cum precum. in fine. in libera. causa. Quia non est verosimile ẽm eum, q̃ incontinẽti voluerit se corrigere. l. nam ad ea. ff. de condi. ꝛ demon. Fortius voluit Pe. de Anch. in consi. cclviij. q̃ debeat fieri interpretatio, quod respondens libello non videatur contrariari suo libello. Ergo cum semel negauerit absolute contenta in prima positione. Si vellemus dicere q̃ positiones ille quatuor, quas confessus est habeant relationem ad primam, ꝛ q̃ confessio trahatur etiam ad contenta in prima positione, esset sibi contrarius. Item per ea que dicam. j. allegando Spe. in tit. de proba. §. fi. apparebit qd illis positionibus nõ tenebatur respondere dict⁹ Georgius. vnde stante pronuncia iudicis, quod si positionib⁹ fuerit responsum, quibus non erat respondendum habeatur pro non responso, apparet quod ille responsiones non obstant. ¶ Videamus ergo nũc vtrum per testes aliquid vltra pdicta sit probatum. Et reperio esse inductos duos testes quorum vnus est Gaspar, alius est Xantes. † primus non probat etiã semiplene, quia est cõsanguineus producẽtis. Ideo nõ est omni exceptione maior. adeo quod in eius defectũ possit deferri iurm in defectum semiplene probationis, vt expresse no. Bar. ff. de iureiur. in. l. admonendi. circa me. vbi pro hoc alleg. no. per gl. in. l. etiam matri. ff. de proba. Et ita etiã no. Anto. de Butr. in. c. fi. de iureiuran. Bene facit quod no. Bar. in. l. qui testamẽto. §. j. ff. de testa. Item nõ probat alijs rationibus, quas adducam circa sequentem testem, qui nominatur Xantes, ꝛ iste etiam non probat: tum qꝛ, vnicus et singularis. c. in oĩ. de testi. l. iurisiurandi. C. de testi. † Itẽ: qꝛ in instrumento dicti constituti dictus Gregorius conuenit non pbare solutionẽ, vel aliquã satisfactionẽ dicti debiti in totũ, vel pro parte, nisi per illud instrumẽtũ redditũ incisum, [a] ꝛ iuxta dictam cõuentionem fuit appositum iuramentũ: vnde propter talẽ cõuentionẽ iuratam aliter probare non potuit: vt firmat Spe. ꝛ Io. And. in tit. de probat. §. fi. ver. sed quid si debitor iurauit se non probaturum nisi per instrumẽtum incisum ꝛc. arg. c. si vero. ꝛ. c. ad nostram. el. ij. de iureiuran. Et istud etiam tenet Lapus, Domi. ꝛ Abb. in c. quamuis. de pac. in. vj. ꝛ Io. de Imo. in. c. ij. de proba. Potest etiam dici quod dicti testes non fuerunt legitime recepti in contumaciam Georgij: quia eius contumacia nõ fuit accusata, put in specie dictat statutũ sub rubrica, de citationibus. Et per ista apparet nõ esset opportunum insistere circa penam petẽtis debitum solutum, de qua in statuto: quia nec per confessionem partis, nec aliter legitime est probatũ quod illud quod petitur esset solutum. ¶ Ex quibus breuiter cõcludo quod partes domini iudicantis sunt in exequẽdo. ꝛ committendo executionem dicti instrumenti realiter ꝛ personaliter contra dictum Gregoriũ pro quantitate librarum quinquaginta quinq;, ꝛ solidis quinq; Bononien. realiter ꝛ personaliter secũdum formam statuti sub rubrica, de ordine procedendi in causis, quando de debito apparet publicũ instrm. Et hoc pro resto summe petite in libello dicti Georgij, id est pro resto librarũ nonagintasex, ꝛ solidorũ decem. ꝛ nouem Bononenorum. De qua summa librarũ nonagintasex. ꝛ solidorum decem. ꝛ nouẽ, deducuntur dicte summe, de quibus. s.

¶ Incisum. Sꝫ qd tale pactũ nõ vꝫ. tenet gl. bar. in aut. vt fine p. hi. mgr. ad finẽ, Spe. de prob. §. iij. videndũ. ver. sꝫ pone. Bal. cõsi. cccxvij. li. iiij, Pe. Anch. rep. c. j. col. viij. de cõ. Maria. Soci. c. si diligenti. col. iiij. de fo. cõpe. Imo. consil. xxxvij. colum. ij. Alex. l. iubem⁹. col. ij. C. de iudi. Iaf. consil. clxx. col. ij. li. j. hypp. Marsil. repeti. rub. de proba. fo. 7, et bene. Et licet Bald. com. xxxiij. verba instrumenti. libr. j. istud limitet qñ debitum per instrumentum publicũ probatur tñ hec limitatio falsa est [illegible]

¶ Iudex. Alexan. s. lib. ij. consi. cxxxi. nu. 1.

Epitome.

¶ Super remedio. l. diffamari, adeundus est iudex ad quẽ spectaret causa principalis.

Consilium. CIII.

Consideratis his que in themate narrantur, ꝛ his que subtiliter ꝛ eleganter per aduocatum episcopi Cremonensis allegata sunt, videtur concludendum quod iudicium presens motum contra prefatum episcopum per dictos Arpinellũ de casate, ꝛ eius fratrem laicos super remedio. l. diffamari. C. de inge. ma. debeat ꝛ debuerit tractari coram iudice seculari, qui futurus fuisset iudex contra dictos de casate si conuẽti fuissent per prefatum dominum episcopum, nõ autem coram iudice ecclesiastico, qui esset iudex ordinarius causarum que via directa mouerent cõtra dictũ dominiũ episcopum. Nam hec conclusio probari vr, per id quod no. Bart. in. l. libertus. la. j. ff. de in ius voc. † vbi dicit qd si libert⁹ petat statui terminũ patrono ad agendũ, faciendo citari ipsum patronum, non petita venia, dicitur incidere in penã edicti impositam liberto vocanti patronũ in ius sine venia: sꝫ quãtum ad alia, dicitur sustinere partes rei, non actoris secũdũ Bart. per ea que habentur in lege, non solum. §. qui remissionem. ff. de ope. noui nuntia. ¶ Secundo confirmatur per ea que not. Bar. in. l. in criminali. C. de iuris. omnium iudic. vbi tex. dicit qd actor, qui vocauerit aduersariũ ad vetitum examen priuatur actione. Si aũt reus fuerit ille qui traxit aduersarium in vetito examine, habetur pro cõdẽnato. Querunt ibi gl. ꝛ doc. quomodo potest reus trahere actorem inuitum ad iudicium in vetito examine, attento qd nemo inuitus cogitur agere, vt in. C. vt nemo inuitus agere. in rubro ꝛ nigro. Et respondet Bar. ibi quod potest exemplificari in reo qui facit statuere terminum actori ad agere, secundũ formã d. l. diffamari. Nam si hoc modo trahat actorem inuitum coram vetito examine. ꝛ sic coram incompetenti iudice, habetur pro condemnato. ꝛ intentio Bar. ibi videtur esse quod reus intentando remedium. d. l. diffamari. debeat trahere actorẽ coram iudice, queꝫ actor fuisset aditurus. ille enim est iudex non vetitus. Pro hoc etiam facit id quod no. Bar. in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. in versi. quero quis erit iudex ꝛc. † vbi concludit quod quando officium iudicis pro reductione laudi ad arbitrium boni viri imploratur a reo cui competit exceptio, iudex cõpetẽs erit iudex [b] cuius suppositus est

situs est ipse reus,per.l.cum hi.§.transactiones alimentorũ. ff.de trãsac.ꝛ per.l.C.de vsu pupil.vbi similiter ꝓbatur,3 † ꝙ si recepti sunt pro parte rei testes ad eternam rei memoriã: debent examinari coram iudice cui subijcitur reus,corã quo causa principalis agenda esset:vt etiam notat Barto.in.d.§.transactionem.Comprobatur per id quod not.Bald.in l.acceptam.in.xiij.q.C.de vsuris.4 † vbi querit si debitor velit creditori offerre pecuniam debitam in iudicio, et creditore recusante recipere velit debitor eam deponi facere authoritate iudicis,ne vllam moram,vel penam incurrat secũdum formam illius.l.acceptam.quis erit super hoc iudex competens:ꝛ sic an debitor seq debeat forũ creditoris,an vero forũ iudicis ipsi⁹ rei.ꝛ cõcludit notabiliter Bal.qđ forũ iudicis ipsius rei,non forum creditoris:quia iudicem adit,vt reus, non vt agens.allegat.l.in contractibus.§.fi.C.de nõ nume. pecu.istud etiam videtur velle in simili Spe.ꝛ Jo.And.in tit.de cõpe.iudi.adi.§.j.versi.sed quomodo potest premissa pena ꝛc.dum concludunt 5 † ꝙ si laicus actor traxit clericum coram iudice seculari,cum deberet eum trahere corã ecclesiastico poterit dictus clericus corã iudice ecclesiastico petere vt eum absoluat ab eo,in quo tenebatur illi laico.Et hoc in penam laici trahẽtis clericũ corã vetito examine,iuxta.d.l.in criminali.Et sic i casu pdicto dꝫ sup dicta pena adiri iudex ecclesiastic⁹,sicut dꝫ adiri sup cã principali,pro quo allegat ibi Jo.And.id qđ hꝫ in.c.olim.de iniur.cũ si.Pro hoc etiã bene facit.l.cũ vendente.ꝛ qđ ibi notat Jac.Butr.ꝛ Bal.C. vbi cau.fiscales.¶ Hoc expressius in specie firmat Ant.de But.in.c.quintauallis.de iureiu.circa antepe.col.in ver.venio ad quartũ corã quo ꝛc.vbi aperte đt qđ in remedio dicte l.diffamari,intẽtando ꝑ reũ,debet adiri iudex rei,per dictã. l.fi.C.de vsu.pupil.ꝛ per notata per Bart.in.d.§.arbitrorũ. Idem etiam expresse dicit Anto.de Butr.in.c.si clericus.in vlti.q.de foro compet.vbi etiam pro hoc allegat notata per Fede.de senis,cõsi.cclxxv.6 † Et qꝛ naturalis origo cause magis debet attendi,quam accidentalis.l.q habet.in princi.ff. de tute.sed origo naturalis indicat, quod ista causa debeat agi coram iudice dictorum de cassate,qui cõueniendi sunt a domino episcopo coram iudice laico.d.c.si cleric⁹. Ergo nõ debet attendi quod accidentaliter dicti de cassate propter diffamationẽ velint facere statuti dño ẽpo terminũ ad agendum.Et idẽ ẽt voluit ipsemet Ant.de Butr.in.c.ſi diligẽti. de foro cõpe.circa nonã vel decimũ col.ver.sed posito qđ requirat snia.Hoc idẽ est de mẽte Jo.de Jmo.c.cum sit generale.in prin.de foro cõpe.7 † vbi dixit qđ lꝫ regula sit ꝙ actor sequat forũ rei:tamen illud est verum quando principaliter quis agit de aliqua re.secus si agatur de exceptione,vt quia ille qui pretendit habere exceptionem petat aduersario imponi silentium perpetuũ de facto eũ molestãti, vel inquietãti,iuxta notata in.l.si contendat.ff.de fideius.ꝛ in.l.Aureli⁹. §.centum.ff.de libe.leg.¶ Hisdem verbis etiam vtitur.do. Abb.in.c.si qs contra clericũ.in prin.de foro compe.vbi adducit ratione allegatã per Anto.de Butr.in.d.c.si clericus. ꝛ in.d.c.quintauallis.licet de eo mẽtionẽ nõ faciat.¶ Fortificantur predicta per ea que notat Anto.de Butr.in.c.cum inter.in fi.de exceptio.8 † Ubi querit, an si quis habeat exceptionẽ,ꝛ sup ea imploret officium iudicis,petendo imponi silẽtiũ ꝑpetuũ aduersario,an repellat exceptione excommunicationis:ꝛ dicit qđ non : qꝛ de eo iudicandũ est vti de reo,per notata per Fede.de Senis in consilio preallegato.ꝛ reus nõ repellit a iudicio,licet sit excommunicat⁹,vt.d.c.cũ inter.ꝛ in.c.intelleximus.de iudi.Et quia secũdũ eũ quicqd agit predictus excommunicatus ordinatur in finem defensionis,pro quo allegat notata ꝑ Jnn.in.c.lator.q si.sint legi. ¶ Nec predictis obstat si diceret etiam si episcopus mouisset lite᷒ dictos de cassate,potuisset eã mouere corã dicto iudice ecclesiastico,eo qđ.d.res sup qb⁹ vertit cõtrouersia spectant ad ecclesiã,iuxta ea q̃ plene tradunt in.d.c.si clericus. 9 † Quia rñdet qđ imo tractari debuisset corã iudice seculari: qꝛ re⁹ supposit⁹ erat,nisi in libello deductũ esset qđ res ecclesie ꝑ fraudẽ vł violẽtiã vel dolũ detinebat,vel ex ɔ̃tu nullo, ẜm qđ plene tradit ꝑ Jnn.in.d.c.cũ sit generale.ꝛ per Hos. ꝛ Jo.And.in.d.c.si cleric⁹.ꝛ Archi.xvj.q.j.in canonibus.ꝛ ẜm Jo.de Jmo.in.d.c.si clericus.videtur magis cõis cõclusio,sed huiusmodi qualitates nõ deducunt in petitione illorum de Cassate:imo nec ibi narratur ꝙ ẽps dicat illas res esse ecclesie.Ergo sumus in regula quod actor debuisset seq forum rei.l.ij.C.de iuris.omnium iudic.ꝛ.d.c.cum sit generale.Et sic episcopus debuisset agere corã iudice seculari.Igitur etiam in dicto remedio.l.diffamari.intentando,est idem iudex secularis adeundus.Alex.tarta.

Summarium.

1 ¶ Appellatione deserta iudex ad quem,desinit esse iudex.
3 Notarius ꝛ alius etiam iure canonico a iudice per solũ iuramentum recusari potest.
6 Notario non statur de commissione sua.

Consilium.CIIII.

Circa primum dubium an post lapsum dictorũ.xxv.dierũ instãtia cause appellatiõis sit perempta,adeo quod nõ possit vlterius pronuntiari,nisi super ipsa desertiõe res mihi admodũ clara vř ex verbis statuti, dum dicit dũmodo causa ipsa appellationis intra.xxv.dies iuridicos determinetur, ꝛ vltra dictos.xxv.dies instantia cause appellationis nõ duret.ꝛ ꝓbat hoc in cle.pe.de appel.ꝛ ibi expresse glo.in verbo appellatus,que expresse firmat 1 † qđ elapso tpe instantie appellationis nõ valeret snia postca [a] lata in fauorem appellãtis,vt etiã tenebatur Host.in.c.ex ratione.de appella.ꝛ ideo glo.in dicta cle.per illũ tex.reprobat hodie opinionem contrariam,quam ante dictam clemen.pe.tenebat Jnnoc.in.d. c.ex ratione. Ubi volebat valere sententiam latã postea in fauorem appellantis ꝛ male:qꝛ vt dicit Host.ꝛ gl.Jo.And. in dicta clement.elapso tempore prosequendi ꝛ terminandi appellation: firma manet prima sentẽtia, ac si nunquã esset appellatum.l.ij.in fi.ꝛ.l.fi.§.illud.C.de tempo.appel.ꝛ.l.si cõtra.de appel.ꝛ in.d.cle.pe.ꝛ sic dicta secunda sententia cẽseretur lata a nõ suo iudice,ꝛ per consequens non valeret.c.at si clerici.de iudi.ꝛ.C.si a non compe.iudi.per totum.Et istam opinionẽ cõiter sequunt doc.in.d.c.ex ratione.ꝛ in dicta cle. pe.ꝛ notat Bal.in.c.sancim⁹.ad fi.in tit.quo tẽpo.mi.ꝛ Bal. ꝛ expressius Sali.in aut.ei q.C.de temp.appel.ꝛ expeditum est quod iudex non debet illud facere, sed pronũtiare super desertione,scilicet desertam esse appellationẽ.l.si preses quasi desertã.C.quomodo ꝛ quãdo iudex.ꝛ notat Bar.ꝛ alij in l.eos.in prin.C.de appella.Quod autem illud tempus.xxv. dierum sit prefixum instantie patet expresse ex verbis statuti.Et ex notatis per docto.in.l.properandum.in princ.C.de iudi.ꝛ in.c.de causis.de offi.deleg.ꝛ per Jo.And.ꝛ in addi. Spe.in tit.de iudi.delega.§.restat.versi.quid si in statuto.et Bal.in.l.obseruare.§.proficisci.ff.de off.procõ.in quibus locis etiam communiter doct.concludunt sententiam latam 2 perempta instantia esse nullam.¶ † Circa secundum dubiũ quo queritur an si notarius fuit iuratus suspectus : tñ post ea examinauit testes,ꝛ in prefatione testificatus cõtinet qđ ipse notarius hoc fecit de commissione iudicis examinatio sit nulla:ꝛ per cõsequens testes nõ probant stante etiam qđ non examinauit testes super interrogatorijs partis aduerse iam productis. Rñdeo qđ nõ valet examinatio predicta, primo,quia quo ad recusandum notarium ratione suspicionis sufficit solum iuramentum:qꝛ ex hac recusatiõe nõ infert magnũ preiudiciũ:ita in specie consuluit Petr.de Ancha. in consi.cclxiij.incip.subtiliter ꝛ ad plenũ ꝛc.Allegat in argumentum.l.thesaurus.ff.ad exhib.ꝛ.c.ex literis.de restit.in 3 integ.† Et plus dicit quod licet in recusatione iudicum, sit differentia inter ius ciuile ꝛ canonicum:qꝛ de iure canonico oportet plene probare causas suspicionis, sed de iure ciuili hoc nõ requiritur,vt legitur ꝛ no.in.l.apertissimi.C.de iudi. ꝛ in.c.cũ speciali,de appel.ꝛ in.c.suspicionis.de offic.delega. Cũ in recusatiõe notarij ꝛ cõsultoris procuratoris:quia de iure canonico reperitur immutatum.militabit adhuc ratio posita in.d.l.apertissimi.ꝛ non requiret expressio cause,ꝛ ple4 na probatio,ꝛ lites sine suspicione ꝓcedẽt:† facta ergo recusatione predicta ligate fuerũt eius manus ꝛ quicquid ab eo gestũ est non tꝫ sicut dicimus in iudice recusato.l.j.C.si quã predi.pote.Notat Bar.in.l.quia poterat.ff.ad Treb.ꝛ glo. in.c.quoties.cl.j.ij.q.vj.ꝛ.iij.q.v.in.c.qꝛ suspecti.ꝛ Hostien.ꝛ Jo.And.in.d.c.cũ speciali.ꝛ Sali.in.d.l.apertissimi.ꝛ Petrus de Anch.in.c.iudex ab apostolica.de off.deleg.in.vj.ꝑ illum text.qui hoc probare videtur,saltem in verbo,nõ pôt. Et saltẽ procedit hoc de iure ciuili quod est seruandũ in terris imperij.ita cõcludit Jo.de Jmo.in.l.quidam cõsulebãt. ff.de re iudi.qꝛ de iure ciuili tm̃ operatur sola recusatio quãtum operatur de iure canonico recusatio ꝛ ꝓbatio cause suspicionis ꝛ pñũciatio sup ipsis causis suspiciõis.ꝛ sup ipsa recusatiõe.vt ꝓbat i.d.l.aptissimi.cũ ibi no.iũcto.c.suspicio

[a] ¶ Postea.s.libro.iiij.cõsil.lix. nume.7.

nis.cum simi. ¶ Sed clarū est qđ lata sententia super recusatiōe desinit omnino esse iudex, ⁊ nihil postea agere potest, vt.d.c.iudex. Ergo de iure ciuili idem erit facta sola recusatione: sed de iure canonico seruando in terris ecclesie posset pcedere qđ sola recusatio nō operaretur qđ postea gesta essent ipso iure nulla, vt voluit Inn.in.d.c.cum speciali.⁊ ita concordat opin. Joan.de Imo.in.d.l.quidē cōsulebāt.de re iudi. Et ista causa tractatur in terris īperij: ergo ⁊c. ¶ Ad pdicta ēt bene facit qđ no.gl.in.§.⁊ qđ sepe.in aut.de triē.et semiss.in vbo artificis.que dicit qđ notarius qui recipit testes, non debet dari suspectus. ¶ † Tertio, q̄ de iure ciuili non potest cōmitti examinatio testiū per iudicem notario, nisi fiat de consensu partiū, vt notat Bart.in aut.apud eloquentissimū.C.de fide instru.⁊ Ang.in.l.iudices.eod.titu.⁊ Ray.in.l.hac consultissima.§.si quis autem.C.de testa.per illud quod habetur in.§.illud.in aut.de fun.func. ¶ † Quarto, q̄ posito quod iudex potuisset committere: nō sufficit qđ in scriptura eiusdē notarij enūtiatiue dicatur quod ipse examinat dictū testem ex commissione iudicis: nisi probetur[a] de illa commissione, in aut.si quis in aliquo.C.de eden.⁊ per notata p doc.in.c.q̄m cōtra.de proba.⁊ in.c.cū in ure.de offi.deleg.cum simi. ¶ Fortius tenuit Host. Jo.Andr. Anto.de Butr.⁊ do.Abb.in.d.c.quoniam contra.quod etiam si expresse fuisset rogatus ipse notarius de commissiōe examinationis testium sibi facta a iudice, non sufficeret ad hoc pbandū scripture ipsiusmet notarij, argu.l.j.C.de mandatis princip.⁊ in.l.omnibus.C.de testi.⁊.l.probibitum.C.de iure fisci.lib.x. Et cū illa opinione etiam transit Jo.An.in.c.cū quid vna.de regu.iur.in.vj.⁊ Federi.de senis in consi.ccciz. incip. Queritur an dña Margarita.⁊ ita expresse Bald.in l.iurisiurandi.C.de testib.⁊ in.d.l.iudices.⁊ in.l.ad egregias personas.ff.de iureiuran.⁊ Sali.in dicta aut.apud eloquentissimum.vbi reprehendunt Bar.qui contrarium tenuit in l.ex sententia.ff.de testa.tutel. Et respondent, ad rationes suas, vt ibi per eos, quod breuitatis causa omitto, postq̄ ita se habet magis communis opinio a qua in iudicādo nō est recedendum vt traditur in locis vulgaribus, † vbi autē predicti defectus non interuenissent, sed solum defectus, qđ non fuit interrogatus super interrogatorijs partis.cōtra quā producunt testes: tunc si non fuerunt interrogati de cā scientie ⁊ in interrogatorijs, continebatur quod interrogarentur: ⁊ tunc testes non probant nisi iterum examinentur ⁊ interrogentur de causa scientie, ita notabiliter dixit Joā. And.⁊ Anto.de Butr.in.c.cum causam que inter archiepiscopum.de testi. Sed si iterum interrogarentur suppleretur dictum eorum.c.per tuas.de testi. Et ex his patet responso multiplex circa secundum dubium, Alex.tartagnus.

¶ Probetur. s. lib.ij.consil.cc xiij.nu.6.

¶ Euidenti. s. lib.iij.consi.lxx vij.nu.16.

Epitome.

¶ Probationes non sunt de substantia sententie pro qua etiam si non appareat presumitur ex quo non est appellatum, nec potest nullitas etiam euidens obijci post lapsum tempus statuti.

Consilium. CV.

Ponderatis narratis in themate, sentio dictū.B.sup dicta nullitate non debere obtinere.⁊ primo videndū est q̄ cause nullitatis allegentur.prima est quod declaratio iudicis fuit facta sine pbationib⁹, eo q̄ nō apparet testes fuisse examinatos.licet iurauerint. † Et hec prima causa non videt̃ sufficere, quia dicta declaratio iudicis per quam declarauit dictū B.remouendū a cura cuiusdam absentis tanquam mente captum, presumitur facta ex vera ⁊ iusta causa, cū ab ea declaratione non fuerit appellatum, c.cum inter.⁊.c.sicut.de re iudi.⁊ aperte probatur.in.c.bone.el primo.⁊ ibi Inno.de elec.c.in presentia.⁊ ibi notant doct.de renun.⁊ notant doc, in.c.quoniam contra.de probatio.⁊ in.c.cum in iure.de offi, deleg.⁊ no.Spe.in tit.de sen.§.vt autem.versi.⁊ no.secundū quosdam ⁊c. Et est magis communis opinio doc, vt inquit Jo.de Imo.in.d.c.cū in iure. Et procedit hoc etiā in decreto iudicis, ⁊ in sentētijs que etiā de sui natura nō trāseunt in rem iudicatā, q̄ pro eis presumit̃ si ab ipsis nō est appellatum, vt no.Inno.in.d.c.quoniā contra.ad fi.⁊ in.d.c.bone.⁊ sequuntur doc.in dictis locis proxi.alle.⁊ in.d.c.in p̄sentia, per id quod legit̃ ⁊ no.in.c.ad repri.de offi.or.⁊ in.c.sacro.de senten.excommu.⁊ notat Specu.in titu.de empt.⁊ vendi.§. nunc dicendum restat.versicu.⁊ scias.et Bald.in.l.cum hi.§.si pretor.ff.de transactio.cum suis concordantijs. † ⁊ tanto magis hec procedunt cum dicta declaratio fuerit facta iam est tp̄s annorum decē, ⁊ vltra: quo casu fortius presumūtur omnia rite ⁊ recte gesta, vt no.Host.⁊ Jo.Andr.in.d.c. in presentia.⁊ in.d.c.cum inter.⁊ Cy.in.l.emancipatione.C. de fide instrumē.⁊ Barto.in.l.admonendi.de iureiuran.in principio.vltime charte.⁊ Baldus in.c.j.de mili.vas.q conqu.est. Bal.⁊ Ang.in.l.sciendum.ff.de verborum obligationi.facit.l.si filius.C.de petiti.heredit.⁊.l.si is qui in aliena.in principio.ff.de acquiren.hereditate. † et sic non sequitur dicta testium non appareāt. Ergo nō interuenerūt probationes, nisi aliter probet̃ negatiua per exhibitionē omniū actorum vt notat Jo.Andr.⁊ alij in.d.capit.quoniam contra.⁊ Baldus ⁊ Angelus in.l.sciendum.ff.de verb.obli.⁊ in.c.cū ad sedem.per illum tex.de resti.spolia.⁊ notat Jo.Andre.in addi.Spec.super dicto versicu.⁊ nota secundum quosdam ⁊c.⁊ Barto.in.l.ij.qui ad ciuilia.C.de appella.⁊ in.l.j.ff.si tutor vel cura.appel.⁊ Baldus in.l.si contra.C.de appella.facit.l.fina.C.de reb.credi.cum similibus. ¶ † Accedit ad cōfirmationem predictorum, q̄ probationes non sunt de substantia iudicij, vt notat Bart.in.l.prolatam.ad finem.C.de sen.⁊ ibi Baldus ⁊ Ang.⁊ notat Bald.in.l.his apud quem.in.ij.col.C.de eden.⁊ in.l.cū et minores.in penul.col.C.si aduersus rem iudica.facit.l.in cause.§.causa cognita.ff.de minor.⁊.l.qui accusare.C.de eden.⁊ capitulo.j.vt ecclesiastica bene. Nisi iudex voluisset recipere probationes: ⁊ ita processisset ad sententiam, quia tunc erit nulla: ⁊ ita saluatur gl.in c.ecclesia sancte Marie.de consti.⁊ id quod habetur.ij.questio.j.primates.secundum Bal.in.d.l.prolatam.⁊ Anto.de But.in.d.c.ecclesia sancte Marie. ¶ † Allegatur ⁊ secūda causa nullitatis quod dominus pretor monuit dictum. B. ad audiendum voluntatē suam. Non autem dixit ad audiendum sententiam, ⁊ sic videtur quod non valuerit per notata per glo.⁊ doc.in cle.sepe.in ver.ad id.de verb.signi.⁊ in.c.cū contumacia.in glo.penul.de heredi.in.vj.⁊ per Bart.in extrauaganti, ad reprimendum.in versi.super dicto crimine.⁊ per dominos de rota in varijs eorum decisionibus, quas referunt doc.in.c.consuluit.de offic.deleg.in.c.ad petitionē.de accu.bene facit.l.aut qui aliter.§.j.ff.quod vi aut clam.et quod notat gl.in.c.fi.in ver.indeterminate.de rescript. Tamē posito pro vero quod monitio ad audiendum voluntatem iudicis, nō sufficiat ad sententiam ferendam. † Tamen videtur quod presumatur citationem interuenisse: q̄ presumitur pro sententia etiam quo ad solennitatem ⁊ p̄sumptionem citationis, si a sententia non est appellatum: vt quia lapsum sit decennium datum ad appellandum, vt no.Specu.in.d.§.vt autem.ver.⁊ nota secundum quosdam.⁊ in titu.de proba.§.j.ver.sequitur videre.plene probat ac prosequitur post alios Jo.de Imo.in.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi.⁊ bene probatur in.d.c.bone.el primo.vbi negabatur citationem interuenisse: ⁊ tamē propter authoritatem sententie, ⁊ presumptionē que est pro iudice, presumitur pro dicta sententia. ¶ † Posito etiam quod dicta declaratio fuisset aliquo respectu: nulla tamen non potest tunc dici de eius nullitate, eo q̄ statutum precludit viam dicēdi de nullitate post lapsum decem dierum, ⁊ lapsi sunt decem anni. Nec dicit̃ qđ tale statutum non debeat intelligi de nullitate euidenti,[b] p id quod habetur in.c.literas.⁊ in.c.ex conquestione.in gl.fi.de resti.spo.⁊ per id quod traditur per Oldr.in consi.cv.incipien. In executione ⁊c.⁊ per notata per Innocen.in.c.significasti.de diuor.⁊ per Bar.in.l.j.in princi.ff.de oper.noui nun.in.iij.colum.versi.oppo.s.ne quis eum ⁊c. Et p Bald.in.l.j.in prin.C.ne li.tertio prouo.⁊ in.l.j.C.si de momē.posfue.appel.et in.l.si vnus.§.pactus ne peteret.in.xvj.col.ff.de pactis.⁊ per Modernos in.l.de pupillo.§.qui opus.ff.de operis noui nuntia.⁊ Pet.de Ancha.in consi.ccxj.incipiē.de iure communi ⁊c. Et Ludo.Roma.in consilio.ccx.incip.visis his que egregie ⁊c.⁊ do.Abb.in.c.suscitata.de resti.in integ.⁊ in.c.super eo.de offic.deleg.cum simi. Quia respondeo quod istud procedere posset si nullitas esset euidens ex inspectione sententie, ⁊ statutum simpliciter excluderet nullitatem, Sed qñ statutū permittit dici de nullitate: sed vult q̄ debeat dici solum vsq; ad decē dies, nō d; posse post dictū tempus dici de nullitate, etiā si sit euidēs.hoc probat per id quod no.Bal.in.l.vt vim.in.j.col.ff.de iustitia ⁊ iure. † vbi dicit qđ licet nō valeat statutū per id quod simpliciter tollitur defensio, per id qđ habet̃ in cle.pastoralis.de re iud. Tū bene

bene valet quando ratione contumacie auferret defensionem: quia potest contumaci denegari audientia.l.sed si per pretorē. §.sed si dum decreto.ff.quibus ex cau.ma.et similiter dicit Ange.in.l.si sic.in principi.ff.de legatis primo quod licet defensio non possit tolli per statutum:tamen fallit quando statutum ex causa defensionem tolleret.l.si seruus.C.de his qui ad eccle.confu.ꝛ in.l.prima.ꝛ.ij.C.quando li.sine iudi.se vindi.ita ergo in ꝓposito,quamuis statutum reijciens simpliciter nullitatem nō intelligatur tollere euidentem nullitatem:tamen aliud esse debet quando statutum in odium contumacis, seu negligentis diceret de nullitate intra tempus a statuto prefixum, excludit nullitatis dictionem.sibi enim imputet ille qui sua culpa seu negligentia se excludit.l.veteres.in fi.ff.de itine.actuque priua.facit.l.non enim.ff.quibus ex causis maiores.¶ †Confirmo per id quod notabiliter dicit domi.Abb.in.c.cum sit Romana.de appellatio.circa.iiij.col.vbi voluit quod licet statutum ciuitatis non possit in totum tollere appellationem.c.venientes.de iureiuran.Tamen bene poterit abbreuiare seu immutare tempus prefixum ad appellandum,per notata per glo.repu.singularem in.l.prescriptione.C.si contra ius vel vti.publ. Et per id quod habetur in.d.c.cum sit Romana. Aliud est ergo statutū tollere simpliciter nullitatem,quo casu non est putandum velle omnino perimere nullitatem euidentem,per allegata supra. Aliud est statutum in odium negligentis proponere intra tempus excludere post tempus,ꝛ sic aliud est distinguere, aliud est in totum perimere,vt no.in.l.fi.C.si contra ius vel vti.pub.cum similibus.¶ Preterea dico q̄d si diceremus,quod de hac nullitate post.x.dies dici posset,ꝛ sic quod statutum sub rubrica, de causa nullitatis locum non habeat in huiusmodi nullitate,velut euidenti,seu notoria,ex inspectione actorum,sequitur quod in tali cā dictionis nullitatis non vendicabit sibi locum forma tradita a statuto circa processum cause nullitatis,sed de necessitate erit attendēda forma tradita generaliter in statuto sub rubrica,de vocatis in ius ꝛ venientibus:quia si statutum sub rubrica de causa nullitatis nō intelligitur de nullitate euidenti, ꝛ intelligamus istam esse euidentem,sequitur ꝙ verba ꝛ interpretatio ipsius statuti de causa nullitatis non possunt conuenire casui nostro,ergo nec eius dispositio.l.iiij.§.toties.ff.de damno infec.l.ita autem.in prin.ff.de admi.tuto.c.indemnitatibus.§.pe.de electio.in.vj.Et casus omissus in statuto speciali remanet sub regula statuti generalis.l.stipulationis cōmodissimū.ꝛ l.doli clausula.ff.de verb.obliga.¶ Et presupponitur non esse seruatam formam a dicto generali statuto traditam. Ex quibus omnibus concludo dictū.B.in predicto iudicio cause nullitatis obtinere non posse. Alex.tarta.

Epitome.

¶ Statutum excludens creditores non comparentes in subhastatione intelligitur de debito puro,non autem de creditoribus conditionalibus.4.5.6.7.exceptio non ampliat regulam.10.11.nō valet excumulatio facta post citationem generalem qꝛ quoties certi sunt hi de quorum preiudicio agitur specialiter citandi sunt.14.17.

Consilium.CVI.

VIsis ꝛ opportune ponderatis statutis,ꝛ alijs que in themate cōtinentur super primo dubio videretur prima consideratione dictum Laurentium hypothecaria agentem contra dictum Benedictum obtinere non posse.†Et primo,qꝛ statutū sub rubrica de forma dationis insolutum, potuit excludere dictum Laurentium ꝛ ceteros creditores anteriorem hypothecam habentes, eo casu quo tempore dationis insolutum facte dicto Benedicto non comparuerint in termino dicte citationis generalis:nec etiam postea intra annum comparuerint, cum etiā istud sit iuri communi consonum [a].l.si eo tpe.C.de remis.pign. facit.l.si ea.C.qui accusa.non possunt.ꝛ.l.Titia.ff.de accusatio. Nec ad hoc obstat si diceretur quod Laurētius tempore dicte dationis insolutum,nec abinde intra annum nō habuit ius efficax comparendi tanquam creditor,attento quod domus per dictum Jacobum vendita Laurentio mediante persona Bartholomei fuerit dicto Laurentio euicta,anno.M.cccclviij.Et sic tunc demum inceperit Laurētius esse cum effectu creditor dicti Jacobi,ꝛ habere efficacem hypothecā in bonis dicti Jacobi:quia ante secutam euictionem nō fuit nata actio ad commodum dicti Laurentij.l.habere licere.ff.de euic.l.qui rem.C.de euictio.l.cedere diem.ff.de verborum significatio.Benedict⁹ vero anno.M.cccclvj.iam assecutus fuerat dationem insolutum,de quadam domo dicti Jacobi,ꝛ sic tempore dicte dationis insolutum Laurentius erat creditor conditionalis, scilicet si domus quam ipse a Jacobo emerat,euinceretur,ꝛ sic non videtur ꝙ prescriptio anni,de qua in dicto statuto comprehēdat dictum Laurentium,ꝛ reliquos creditores conditionales, agere non valentes,quia non valenti agere prescriptio non currit.l.prima.in fin.C.de anna.exceptio.ꝛ.l.prima.C.de bonis maternis.†Quoniam ad hoc respōdeo quod ex verbis statuti satis colligi videtur quod comprehendantur etiam creditores conditionales.Patet ibi dum statutum dixit exceptis minoribus ꝛc.ꝛ mulieribus cōstante matrimonio quibus omnibus sit ius saluum: ꝛ talis datio vel venditio eis non preiudicet quibus mulieribus soluto matrimonio incipiat currere annus,de quo supra fit mentio ꝛc.Nam exceptio firmat regulā in casibus non exceptis.l.quesitum.§.denique.ff.de fun.instru.l.in his.cum ibi nota.ff.de legib.ergo cum mulier constante matrimonio sit in dote creditrix conditionalis mariti.† Quia constante matrimonio non est nata actio de dote,secūdum magis communem opinionē.l.cū notissimi.§.illud.C.de prescrip.xxx.anno.l.j.C.de repu.l.in rebus.§.omnis.C.de iure dot.ꝛ not.Py.Barto.ꝛ reliqui plene in.l.si constante.§.j.soluto matrimonio.ꝛ per doc.in l.iurisgentium.§.quinimo.cum.§.sequenti.ff.de pactis.ꝛ in.l.j.C.vt actio.ab here.ꝛ contra heredes.ergo cum excipiat a statuto mulier que est creditrix cōditionalis constante matrimonio sequitur quod ista exceptio confirmat regulam generaliter in omnibus alijs creditoribus,ꝛ conditionalibus, ꝛ presertim qꝛ exceptio declarat regulam.l.nam quod liquide.§.fina.ff.de penu.legata.qui est ad hoc bonus tex.ꝛ singularis secundum Jo.de Jmo.in.l.filio preterito.in.xix.colum.ff.de iniusto testamen.¶ †Sed premissis non obstantibus contrariam sententiam de iure probabiliorem esse affirmo his rationib⁹. Et primo, quia aut consideramus dispositionem iuris cōmunis, de qua in dicta.l.si eo tempore.Et constat quod nō excluditur Laurenti⁹: qꝛ illa.l.loquit̄ in creditoribus puris, [b] ꝛ agere valentibus: vt patet ibi in verbo,ius suum assecuti sunt ꝛc.Et ibi no.gl.ij.que intelligit illam.l.in creditore agere valente.¶ Preterea tunc succedit regula quod prescriptio non currit non valenti agere, vt in superioribus dixi.Aut consideramus dispositionē dicti statuti.†ꝛ adhuc idem dicendum est,primo qꝛ statutū interpretari dꝫ ꝑm ius cōe,ne qs indebite dānum patiatur.l.si serui vestri.C.de noxali.l.adigere.§.q̄uis.ff.de iure patro.l.quāuis.ff.de in ius vocan.Et plene per doc.in.l.oēs populi.ff.de iusti.ꝛ iur.ꝛ in l.nō dubiū.C.de legi.¶ †Scdo,quia cui non conueniunt verba statuti,nec etiam conuenit dispositio.l.ita autē.in princi.ff.de admi.tuto.l.iiij.§.toties.ff.de dam.infec.c.indemnitatibus.§.pe.de elec.in.vj.Sed dictum statutum loquitur in creditorib⁹ recipere debentibus tempore proclamationis ꝛ adiudicatiōis insolutum,vt patet ex verbis statuti ibi.dum inquit,ꝙ qcunqꝫ debet recipere ab eodē debitore ꝛc.et ibi dum dicit,ex quib⁹ creditoribus satisfiat primo creditori ꝛc.ꝛ ibi dū dicit,talis veniēs intra annū audiatur ad prosecutionē iuris sui.Et sic loquitur in eo q saltem intra illū annū poterat ius suum prosequi. Sed Laurētio nō cōueniūt v̄ba dicti statuti:qꝛ nec tpe proclamationis ꝛ dationis insolutum,nec intra annum a tempore dationis insolutū debebat recipere aliquid a dicto Jacobo, nec ius suū poterat tūc ꝓseq̄:qꝛ ante euictionem nulla sibi cōpetebat actio.d.l.habere licere.cum simi.ergo ad eum nō potest adaptari dispositio dicti statuti.¶ Tertio,verba statuti debent stricte et proprie accipi.l.quicquid astringende.ff.de ver.obli.l.qd̄ constitutum.ff.de testa.mili.†Sed statutum predictum vtitur verbo debitor,ꝛ verbo,creditor.sed debitor ꝛ creditor cōditionalis vel in diem non dicitur proprie debitor ꝛ creditor cum debitor sit a quo inuito potest extorqueri.l.debitor.ff.de verb.signi.l.fideiussor obligari.§.fideiussor.ff.de fideius.Et in proposito no.Bart.in.l.j.in vlti.col.si cert.peta.Et probatur in.l.si ita scripsisset.ff.de leg.j.per quem tex.in proposito dicit ibi Bal.quod † si quis cedat iura sua seu sibi competentia quod non comprehenditur obligatio in diem vel sub conditione,quod est notandum secūdum Jo.de Jmo.ibidem.¶ †Quarto qꝛ statutum debet interpretari, [c] ne contineat absurditatem ꝛ iniquitatem nec lesionē iuris tertij.vnde etiam si oporteret verba statuti impropriari ne continerent iniquitatem vel lesionem iuris tertij: talis impropriatio fieri debet,vt probatur in.c.cū dilectus.de consue.ꝛ ibi pōderat Ant.de But.in notabilibus suis.Et Bart.in.d.l.oēs populi.in.vj.q.prin.in ver.iusta premissa quero ꝛc.Ad hoc l.scire oportet.§.aliud.ff.de excusa.tuto.ꝛ in.l.in ambigua.ff.de legi.Et plene declarat Ang.in consilio.lxviij.inci. Martinus

[a] ¶ Cōsonū adde bo.tert.in.l.fi.de cen.li.xj. C. Ancha.consil.cccvj.col.j.Roma.cōsi.l.iiij.fabia.trac.de empt.ꝛ vend.col.lxxvij.Maria.Soc.trac.de cita.ar.xxij.in fi.Jas.l.si is qui ꝑ emptore. col.ix.de vsusca.l.si stipulatus fuerim.§.j.col.j.de verb.obli.

[b] ¶ Puris.Item limitat Bal.consi.xxv.nu.2.lib.j.quando proclamatio fit ad aliū finem, puta estimationis.

Joannis cōs.ccclxxxv.incip. Statutum communis Florētie. Sed si diceremus dictū Laurentium excludi a dicto statuto. sequeretur iniquum ⁊ absonum, ⁊ lesio iuris tertij, scilicet dicti Laurentij: q2 absq3 aliqua culpa ⁊ negligētia excluderet a iure suo: quod esset iniquum.l.j.⁊.l.sed ⁊ si per pretorem.§.hec clausula.iuncto.§.fi.ff.quibus ex cau.maio. Laurentius enim non comparuit ad prosecutionem iuris sui: quia comparere nō poterat, eo quia tunc nullum ius prosequi poterat, cum sibi ius agendi non competeret. nec potest dici fuisse in culpa: si non inspexit Laurentius id quod euenire poterat.i.casum euictionis: q2 tunc presens status rei non tendebat ad illud, dicta.l.eo tēpore.in princi.ff.de pecu.l.j.⁊ ibi notatur.ff.de in litem iuran. l.inter stipulantem.§.sacram.⁊ ibi plene Bar.ff.de verb.obligatio.⁊ per Cy.in.l.fi.§.sin autē sub cōditione.C.cōmunia de leg. ⁊ per alios in.l.si idem cum eodē.§.fi.ff.de iurisd.omnium iud. ¶ Solū ergo restat respondere ad finē dicti statuti, ⁊ ad ea que dixi supra, videlicet qđ exceptio firmat regulā in non exceptis, ⁊ eam declarat: † q2 respondeo quod dato qđ exceptio firmet regulā in nō exceptis, non tamē ampliat[a] eā, vt faciat sub ea comprehendi ea q̄ de p se, ⁊ de sui natura non cōprehenderet ipa regula. tex.est in.l.generali.§.vxori.⁊ notat Bar.ff.de vsufruc.lega.⁊ in.l.Lucius.§.pluribus.⁊ ibi no.Jac.de are.⁊ Bart.ff.ad Tre.no.Bart.in.l.j.in fine.ff.de reg.iur.⁊ per Bald.in.l.in his. ff.de legib.sed ita est quod verba generalia dicti statuti ponentis primo regulam, non comprehendunt creditorē cōditionalē vt ex pluribus probatum est supra. Ergo illa exceptio facta de muliere, non ampliat regulā dicti statuti, vt comprehēdat ea q̄ nō comprehendisset nō facta dicta exceptione. pro hoc facit: q2 illa exceptio posita in statuto fit ad diminuendū regulam generalem positam in eodem statuto: ergo inducta ad diminuendū non debent ampliare.l.plane.in principio.ff.de lega.j.⁊.l.legata inutiliter.ff.de alimen. lega. ¶ Secundo potest responderi quod dictum statutum nihil dicit de iure dotis debite mulieribus, sed simpliciter excipit mulieres constante matrimonio. cum ergo exceptio debeat esse de contentis sub regula.l.prima. ff.de regu.iur.⁊ ibi nota. vnde intelligi potest statutum qđ excipiatur mulier constante matrimonio, non dico in iure dotis sibi conditionaliter competente, sed in iure quod sibi pure competeret ex quacūq3 causa. vel dato etiam quod intelligeretur de iure sibi competenti pro dote potest intelligi in casu in quo mulier constante matrimonio agere poterat, vt quando vir vergit ad inopiam.l.si constante.in princi.ff.solu.matrimo.⁊.l.vbi adhuc.C.de iur.do. Et ipsam interpretationem recipere potest statutū, presertim vt sequatur iniquitas, ⁊ absurditas supradicta, vt in superioribus probaui. Prima tamē respōsio sanctior ⁊ securior videtur. ⁊ per hoc etiam patet esse responsum ad id qđ dicebatur, scilicet qđ exceptio declarat regulam, per.d.l.naz quod liquide.§.fi. † Quia respondeo primo, q exceptio non declarat regulam quando per illam declarationem ampliaretur regula, vt comprehenderet ea que alias non comprehendisset, dicta.l.generali. ¶ Secundo respondeo qđ intelligendo illum tex.prout intellexit gloss.⁊ Bart.s.quod illud relatiuum, quod referatur ad dictionem penum, ibi non probatur qđ exceptio restringat regulam, imo contrarium est de mente gloss.⁊ Bar. ibi. ¶ Preterea non potest dici q hec exceptio restringat regulam, vt sic regula comprehendat duntaxat creditores conditionales, quia verba statuti hoc non patiuntur: cum loquantur de creditoribus valentibus ius suum prosequi, vt supra est ostēsum. vnde succedit illud qđ dixit Joan.de Imo.in dicta.l.filio preterito.in.xix.col. limitando dictam.l.nam quod liquide.naz dicit ipse quod intellectus quem dat Bar.ad dictam.l.nam q liquide.§.fi.s.qđ illud relatiuum, quod referatur ad dictionem penu procedit prout in litera habetur penu.quod est generis neutri. sed prout in litera haberet penuz in masculino genere.[b] ⁊ tunc ibi probaretur quod exceptio restringit regulaz. Et hoc dicit esse verū in dubio. secus si aliter constaret de mente disponentis contrarium fuisse, vt si alias ex tali intellectu resultaret absurditas: quia tunc non restringet regulam: allegat in argu. dictam.l.scire oportet.§.oportet.⁊.§.aliud. Sed ita est qđ in casu nostro resultaret absurditas, restringeretur ad creditores conditionales, vt probaui, ergo ⁊c. ¶ † Circa secundum dubiū, quia de iure communi fundata est intentio Laurentij, quoniā ipse habet expressam hypothecam, ⁊ Benedictus de iure cōi nullam habet hypothecam, vt.ff.⁊.C.in quib.cau.pig.taci.contra.per totum. Et per consequens Laurētius habēs hypothecam, prefertur Benedicto nullam hypothecam habenti, inspecto iure communi.l.eos.C.qui potio.in pig.hab. Et ideo dicta domus data insolutum Benedicto transiuit ad eum cum illo onere hypothece ⁊ obligationis realis acqsite Laurentio.l. distractis.⁊.l.pignoris.C.de pignorib⁹. ¶ Solū ergo est vidēdū an statutum positū sub rubrica, quod quilibet creditor habens librū rōnū ⁊c. iūctis dictis partitis sumptis ex libro Jacobi hēat dictū Laurētiū excludere. in quo maxime ex duobus concludo breuiter, quod ex hoc non potest excludi Laurētius. Et primo quia dictum sumptum tanquam exemplum regulariter fidem non facit, in aut.si quis in aliquo.C.de edendo.ca.j. de fide instrumen. † Nec obstat si dicatur quod interuenit authoritas iudicis in tali exemplatione, quo casu videtur facere fidem, vt in authentica, vt fratrum filij.§.illud.⁊ in.l.chirographis.ff.de administra.tutorum. Et notatur in locis supra prime allegatis. Quia respondeo, qđ non interuenit cause cognitio, ⁊ citatio dicti Laurentij, prout requirebatur, vt no.Inno. in.c.fi.de fide instru.⁊ in.c.Albericus.de testi.⁊ Specu.in titu. de instrumen.edi.§.ostenso.ver.qualiter.cum duobus versiculis sequentibus.⁊ not.Guli.de cun.⁊ Barto.in.l.adoptio.ff.de adop.⁊ cōiter omnes in.d.aut.si quis in aliquo.⁊ Barto.in dicta.l.chirographis.⁊ in.l.ij.C.de test.⁊ notant domini de rota sua conclusione.x.incipien.item fuit dubitatum, vtrum instrumenta.⁊ in conclusione.cclviij. incipiente.item licet secundum ⁊c. † imo si scriptura exemplanda tangat, ⁊ respiciat preiudicium tertij, qui certus sit debet specialiter citari:[c] secus si scriptura sit talis, que alium non tangat: vt quia sit priuilegiū vel indulgentia. quia tunc sufficit citatio per generale[d] edictū, ⁊ proclama: ita voluit Hostien.⁊ Joan.Andre.⁊ alij in.c.Albericus.de testi.⁊ Specu.in dicto versic.qualiter.cum duobus versiculis sequentibus. Anto.de Butr.in.d.c.fi.⁊ Bal.in dicta authen.si quis in aliquo.in.ij.⁊.iiij.col. vbi dicit quod aut exemplatio fit de scriptura continente aliquid speciale: ⁊ tunc debet fieri citatio specialis eorum qui leduntur, si de eis constat: ⁊ si de eis non constat, sufficit citatio per generale proclama, per l.j.§.penultimo.ff.de ventre inspiciē.⁊.l.si eo tempore.c.primo. de remissio.pigno.⁊ in aut.si omnes.C.si vt se ab heredi.absti. Aut scriptura est de aliquo facto generali, puta de aliquo priuilegio generaliter indulto: ⁊ tunc sufficit generale proclama, secundum Bald. allegat notata per Innocen.in dicto.c.Albericus.⁊ idem in effectu voluit Ange.Sali.in dicta authenti.si quis in aliquo, ⁊ istā distinctionē etiam facit Bal.in.l.j.in.vj.q. C.de testa. † ⁊ talis citatio in dubio non presumitur, nisi exemplatio esset facta de tam antiquo[e] tpe, qđ probatio citationis esset quasi impossibilis, ita not.Hostien.⁊ alij in dicto.c.Albericus.⁊ Bald.in dicta aut.si quis in aliquo. facit.l.quecunq3.§.fi.ff.de public. Et quod notatur in.l.sciendum.ff.de verborum obligatio.⁊ in proposito Bal.in.l.gesta.in vlti.col.in ver.quero cauetur in actis ⁊c.C.de re iudica. Sed ita est quod dicte partite librorum concernebant factum speciale.s.obligatione dicti Jacobi ⁊ bonorum eius propter dictum statutum: ergo debuit citari possessor dictorum bonorum, id est Laurentius, de cuius preiudicio tractabatur per superi⁹ dicta, cū certa esset psona dicti Laurentij, cū quo occasione predicta tūc pendebat lis inter eum ⁊ dictū Benedictū. Pro hoc facit qđ no.Bal.Ange. ⁊ Joan.de Imo.in.l.decem.ff.de verborum obligationi. † vbi volunt quod quando proceditur contra debitorem principalez qui non est soluendo, ⁊ petitur pronunciari excussionem esse legitime factā, debent citari etiam nominatim fideiussores ⁊ bonorum possessores: de quorum preiudicio tractatur, alias eis nō preiudicaret ille processus factus contra debitorem. Et hoc quando fideiussores ⁊ bonorum possessores sunt certi, alias sufficeret generale proclama: allegant notata in authenti.de heredi.⁊ falcid.§.sancimus.iuncta gl.in verbo, agentes.⁊.l.j.§.penulti.ff.de ven.inspi. Et ea que notantur maxime per Barto.⁊ docto.in aut.si omnes.C.si vt se ab heredita.absti. Et ista etiam fuit doctri.Barto.in extrauagan.ad reprimen.verbo, per edictum.in fi.⁊ idem Inno.in.c.cum in tua.qui ma.accu.pos.⁊ in.c. in nostra.de procurato. vbi Inno.quem alij sequuntur, dat doctrinam † quod iura que dicunt sufficere generalem citationez restringantur ad casum, quando non sunt certi illi de quorum preiudicio tractatur: alias secus, per id quod habetur in.c.fin. de eo qui mit.in pos.causa rei seruande.⁊ in dicta.l.prima.§.penul.de ven.inspi.⁊ idem not.Barto.in.l.fina.in princi.C.de iur. deliberan.⁊ Bal.in ea.lege.§.primo.⁊ Petr.de ancha.in.c.fi.de elect.in.vj.⁊ eleganter dicit quod non solum necessaria est citatio specialis quo ad aduersarium qui certus est, sed etiam si nō sit certus dummodo citari faciens de facili potuerit certificari. allegat id quod habetur in dicta authenti.si omnes. ⁊ per hoc dicit se de facto consuluisse quod non sufficiat generalis citatio quod quilibet compareat qui putat sua interesse ne fiat missio in possessionem talis rei: quia debuit citari detentor, quod verosimiliter potuit sciri. ¶ Sed in casu nostro non potest Benedictus allegare se ignorasse tractari de piudicio Laurentij, cū eo tempore lis inter eos super predicta negatio pēderet, imo

[a] ¶ Ampliat.s.li.j.cō.xxviij.nu.11.

[b] ¶ Hēc nimis infantiliter hebescūt defectu latinitatis. solutio clara est q datis plurib⁹ ancedētib⁹ sat est relatiuū ꝯuenire cū vltimo. pōt etiā dici, vt post Bar.i l.planti⁹.de auro ⁊ ar.leg. soluit Cor.ꝯs.clviij.co.v.li.ij.cōsil.ccxv. litera.b.li.iij. qđ nil impedit relatiuū neutruz ad vtrūq3 referri ēt ad penu cū sit dictio oīs gn̄is hec uiter dico q vera rō decidēdi.d.§.fi.est i legatis i dubio assumit q min⁹ est vt minus grauari videat hrs.l.apud iulia.§.seio.de lega.j.l.in nūmis. de leg.iij.⁊ sic cū in.d.§.fi.esset dubiū an relatiuuz qđ cū sua restrictiōe referat ad vtrūq3, an vo ad primū tm̄ ꝯcidi tur q ad vtrūq3, p p̄fatā regulam cū salua rōne recti sermonis pos sit relatio ad vtrūq3 fieri, ⁊ p̄ser tim cum oia hec vba eadē rōne ⁊ vno ꝯtextu comprehēdentur.

[c] ¶ Citari. Card. cōsil.cliiij.in.q.q̄ vertitur.

[d] ¶ Generale.hyp po.mars.sing.cclix.adde.s.li.iiij. ꝯs.cxij.col.j.j.li. vj.consi.cl.col.j.

[e] ¶ [illegible]

ret,imo attento ꝙ dictus Benedictus post acceptū dictum sumptum,⁊ intra modicum tempus,vt existimandum est,⁊ ꝓut satis colligitur ex themate,vsus est dicto sumptu tantū in causa que vertebatur inter eum ⁊ Laurentiū,ideo ex hoc colligitur qd̄ dictū sumptum fuerit petitū,⁊ acceptum per dictū Benedictū principaliter,⁊ specifice,vt ex eo fieret preiudiciū Laurentio,per.l.si neutri.§.fi.ff.de priui.credi.c.officij.de elec.Ergo requirebatur eius citatio,per.d.l.j.§.pen.
18 de ven.inspi.cum alijs alleg.supra.¶ †Nec ad hoc obstat ꝙ not.Bal.in.d.aut.si quis in aliquo.in ver.sȝ hic quero,vnū aliud ⁊c.vbi dicit quod si cuidam tabellioni per reformationem municipalem est data potestas,vel arbitriū transcribendi instrumēta paterna,sicut est Perusij,vbi hoc est cōcessū officialibus armarij tali exēplo sumpto,parte nō citata,dabitur fides.Qꝛ citatio non pertinet ad notarium,cum non habeat iurisdictionē,vñ quecūqȝ facit ex gñali cōmissiōe legis ex sola vi tabellionis valēt etiā nemine citato:qꝛ impossibilis est citatio.ergo non requiritur.⁊ ita refert ipse tenere
a Jo.an.in.c.cū.P.tabellio.de fid.instr.Quia rñdeo[a] qd̄ dictū statutū nō tribuit habenti librum rationū potestatē exēplandi,sed dūtaxat dicit qd̄ debeat librū exhibere ⁊ copiaȝ facere.i.cōmoditatē transcribendi facere,vt.l.j.§.edere.ff.de eden.Et hoc etiā ptȝ ex sequētibus verbis statuti,dū dicit ⁊ sic ipse libro permittat ⁊c.¶ Secūdo principali fundamen-
19 to tollitur statutum,⁊ allegatio dicti Benedicti.†Nam per dictā dationē insolutū factaȝ Benedicto,eis antiqua actio primo cōpetēs Benedicto fuit extincta,⁊ solū Benedicto in
b casu euictionis,[b] que sequeret̃ de dicta domo sibi euincenda per Laurētium,cōpetit actio noua,que appellatur vtilis ex empto ꝓ euictione cōtra Jaco.seu eius heredes.l.si predium.C.de euic.l.eleganter.in prin.ff.de pign.act.nota.in.l.liberā.C.de sen.⁊ Bar.plene in.l.si quis aliam.ff.de solu.Et ꝑ consequēs actio personalis,vt hypothecaria,si qua Benedicto ante adiudicationem cōpetebat,fuit per adiudicationē extincta,prout regulariter per talē adiudicationem extinguitur,vt no.Bart.⁊ communiter omnes in preallega.l.si quis aliam.⁊ alij in.d.l.libera.qꝛ extincta principali obligatione,extinguitur etiā accessoria regulariter.l.nouatione.ff.de noua.⁊.l.si deferente.ff.quib.mod.pig.vel hypo.sol.Ex quibus concluditur Benedictum in dicta domo Laurentio nō esse preferendum.Alex.

Epitome.

¶ Non vȝ citatio generalis vbi agitur de preiudicio certe persone sȝ debet personaliter vel ad domū citari si viuat vel is ad quē prima causa successionis ꝑtinet:nec sufficit agnatos vel heredes in genere citari.

Consilium.CVII.

PErspectis statutis de qb⁹ in themate ⁊ visis his q̄ ꝑ excellētissimos patres ⁊ dños consultores in eādem sententiam cōcurrens infrascriptis paucis ꝑ me additis,dico ⁊ consulo
1 ꝓut ꝑ eos cōclusum est.†Et primo super primo dubio ꝯcludo dationem insolutū factam ad fauorē dicte domine Nāne non valere quo ad preiudicium dicti Mariani,ex eo qd̄ nō fuit spāliter ⁊ nominatum citat⁹.⁊ ipse vna cū fratre erat ille cui prima cā successionis debitoris deferebat̃:⁊ sic constat qd̄ de iure communi non potuit in ei⁹ preiudiciū procedi ad dictā dationē insolutū,nisi eo nominatim citato,adeo ꝙ nō sufficit gñalis citatio.l.j.§.denūciari.ff.de vent.inspi.⁊ not.Bar.in.l.si bona.C.de bo.aut.iud.pos.⁊ in extrauagā.ad reprimē.in verbo:per edictū.⁊ in.l.si diu.ff.quib.ex cau.in pos.ea.⁊ in ꝯsi.incip.missus in possessionē.⁊ in.l.si eo tempore.C.de remis.pig.⁊ in aut.si omnes.C.si vt se ab here.absti.⁊ Jo.And.in addi.Specu.in titu.de primo ⁊ secundo decreto.§.nūc dicamus.ver.sed pone qd̄ vnus ⁊c.⁊ no.Bal.in.l.si curatoris.C.de iure deliberan.⁊ in rubri.C.de suc.edic.⁊ in.l.cum proponas.ad fi.C.de bo.aut.iud.pos.⁊ in.l.nam ita diuus.ff.de adop.⁊ in.l.ij.§.j.ff.si ex noxali causa agatur.¶ Et dato ꝙ statutum sub rubrica,de heredibus vel hereditate debitoris conueniendis.in quo consistere videtur magna pars difficultatis huius hesitationis,videatur disponere quod quādo proceditur contra hereditatem iacentem,procedi possit ad adiudicationē insolutum sine datione curatoris,vel alteri⁹ defensoris:⁊ facta contra hereditatē iacentem,valeāt sicut si facta fuissent cōtra defunctum dum viuebat,dum tamē petitio vel libellus dimittatur ad domū defuncti,⁊ alia copia ipsius ponatur in foribus palatij Potestatis,⁊ quod predicta publice banniant̃ ⁊ preconizentur per vnum ex bānitoribus communis Florētie in vicinia persone defuncte:ꝓut
2 latius in dicto statuto,†tamen dico qd̄ per prouisionem dicti statuti non intelligitur abrogata alia dispositio,⁊ forma iuris cōis nō contraria dicte dispositioni statuti.s.inquātū de iure cōmuni requiritur quod specialiter ⁊ nominatum citetur ille ad quē prima causa successionis defertur.Nā per prouisionē statuti non intelligitur in dubium derogatū prouisioni iuris cōmunis,nisi hoc sit expressū in statuto,vel tacite appareat ex ꝓsumptionibus statuentes voluisse omnino abrogare prouisionē iuris communis,vt est doctr.Bar.in.l.j.ff.vi bo.rap.per.l.quoties.ff.de ac.⁊ obliga.⁊ per.l.fi.C.de noua.⁊ per no.in.l.ij.ff.de noua.cum simi.⁊ ita etiam not.Jo.an.in addi.Spec.in titu.de furtis.in rubrica.⁊ Specu.⁊ Jo.an.in tit.de accusa.in.iij.parte.§.j.ver.j.⁊ in titu.de pena teme.litigantiū.in fi.⁊ per Cyn.⁊ alios in.l.qui sepulchra.C.de sepulch.viol.Et moder.in.l.ij.de publi.iudi.cum concor.
3 de quib⁹ in dictis locis.†Accedit quod illud quod est a statuto omissum remanet in dispositione iuris communis.l.cōmodissime.ff.de lib.⁊ post.⁊.l.si extraneus.ff.de condi.ob cau.Et in proposito Ang.in consilio.cclxxix.incip.Viso facto ⁊ statuto predictis.Cōsuluit quod statutum disponens debere citari agnatos proximiores,dȝ intelligi ⁊ interpretari de citatione speciali,adeo quod non sufficeret eos generaliter citari ꝑ proclama,sicut est de iure communi,quando est certa ꝑsona,que interesse pretendit.allegat dictum.§.denūciari.Et qꝛ secundum eum vbi res tangit aliquos,singulariter sunt nominatim citandi,alleg.l.per fundum.ff.de ser.rust.pre.⁊.c.cognoscentes.de consti.⁊ respōdet ad.l.si eo tempore.C.de remis.pign.quod intelligitur quando ignorabāt nomina creditorū,vñ nō erat possibilis citatio specialis.vel quod ibi sit casus specialis,secundum quod ibi intelligit Ja.bu.¶ Bene facit id qd̄ concludit Sali.in consil.lxxxvij.incip.pro specifica ⁊ clara responsione ⁊c.⁊ in cōsi.cclxvij.in-
4 cip.in primo dubio queritur.†vbi primo premittit quod statuta inquātum a iure communi exorbitant,sunt strictissime intelligenda,vt inquantū minus possunt ius cōmune ledat.c.cum dilectus.de consue.c.ex literis.de consti.⁊ maxime qñ verba statuti sunt generalia,⁊ sic generaliter intellecta sonarent in absurdum.l.quamuis.ff.de in ius vocan.l.ij.C.de noxali.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excu.tut.l.fin.ff.ad exhiben.⁊ no.in.c.dudum.de preben.in.vj.⁊ no.Bal.in.l.conuenticulam.C.de epi.⁊ cleri.Et postea cōcludit quod quedam reformatio per quā concedebatur certis officialibus potestas declarandi etiam parte non requisita,debeat restringi ⁊ intelligi dummodo pars fuerit requisita ⁊ audita,antequam veniretur ad actū declarationis,vel saltem appareat qd̄ habuerit scientiam qd̄ tractabatur de eius preiudicio,⁊ tacuerit.
5 †Quia de iure est qd̄ ad hoc vt declaratio,⁊ diffinitio ꝑiudicet alicui,qd̄ vel requirat̃ vel sciat de ei⁹ ꝑiudicio agi,⁊ taceat.l.sepe.cum ibi notatis.ff.de re iud.c.quāuis.de re iud.Etiam in casibus in quibus sententia faceret ius inter oēs.l.qui repudiantis.§.fi.ff.de inoffi.testa.⁊.l.Papinianus.§.fi.eo.ti.⁊ notatur in locis proxime allegatis.¶ Minimo secundū eum in.d.consi.cclvij.non valeret dicta reformatio,si alias intelligeretur:qꝛ ex ea sequeretur qd̄ absens nō citatus posset declarari debitor licet nō esset,⁊ auferri possessio ⁊ dominiū alteri sine culpa sua,quod non potest facere imperator vel papa:vt no.in.c.que in ecclesiarum.de cōsti.⁊ in.l.quoties.C.de preci.impe.offe.⁊ in.l.fi.C.si cōtra ius.Et papa seu princeps contra irrequisitū non pōt aliquid diffinire,vt in cle.pastor.de re iudi.⁊ in.c.j.de cau.posses.⁊ statutū simpliciter loquens redigi debet ad iuris intellectum ne ex eo possit sequi absurdū seu ne quis indebite damnum patiatur.d.l.ij.C.de noxa.¶ Cum ergo vbi tractatur de preiudicio illius ad quem prima causa successionis defert̃ sit ille pro sua defensione nominatim citandus de iure:⁊ citatio generalis nihil operat̃ quo ad eum vt supra dictum est:non est interpretandum dictum statutum vt voluerit hanc defensionem auferre qꝛ esset maxime absurdū ⁊ in preiudiciū iuris dicti Mariani ⁊ sue defensionis.¶ Confirmantur predicta ex doctrina quā tradit Jo.de imo.in.l.si vero.§.de viro.circa.iij.vl.iiij.col.ff.sol.ma.
6 vbi dicit quod si facta est lex noua corrigens iura antiqua ⁊ nō cōstat qd̄ de mēte cōdentis legē nouā fuerit corrigere in ea materia ⁊ articulo de qua vel quo queritur tunc lex noua generaliter loquens distingui debet per antiqua iura allegat

[a] ¶ Rñdeo. Rñde meli⁹ ꝙ.d.statutū non loquit̃ de ꝯficiēdo exēplo.sȝ de cōficiēdo vero originali ꝙ nedū cōfectū fuit nec per ti traditum ꝙ requir̃ semel tm̄ leuari ⁊ tradi ⁊ [illegible]

[b] ¶ Euictionis q̄ datio in solutum facta est ꝓ pecunia.sec⁹ si ꝓ alia specie.l.si quis aliam.ff.de solu.

id quod habet in aut. offeratur. C. de litis cõtesta. ꝛ notata ꝑ gl. ꝛ doc. in l. sciendũ. in prin. ff. qui satisd. cog. Nam licet cõstet qḋ dicta aut. offerat, velit corrigere inquantũ vult libellum offerri in scriptis, quod olim non erat. l. j. ff. de eden. tamen non constat qḋ in materia fideiussionis prestande velit corrigere. Ideo quod ibi dicit de fideiussione prestanda, debet distingui secundũ iura antiqua. s. quando non possidet immobilia. Idem secundum eum si constaret qḋ velit corrigere, sꝫ nisi fieret restrictio, quis indebite damnũ pateretur, per not. in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. ergo in proposito licet appareat dictum statutuꝫ voluisse corrigere iura communia in aliquo, puta in donatiõe curatoris, iuxta d. l. si diu. cum si. tamen nõ apparet quod voluerit corrigere quo ad citationem specialem faciendam in persona, illoruꝫ, ad quos prima causa successionis ptinet. vnde in hoc distingui debet per ius cõe, maxime qꝛ alias illi indebite damnuꝫ pati possent. ¶ Et per predicta apparet nõ obstare statutũ sub rubri. de cogendo debitorem: qꝛ ibi non loquitur quan-

7 do proceditur contra hereditatem. † ꝛ non est dubium quod quando proceditur cõtra debitorem viuentem, non valeret processus, ꝛ adiudicatio eo nominatim ꝛ specialiter nõ citato. l. iiij. §. pretor. ff. de dã. infect. l. consentaneum. C. quomo. ꝛ quan. iudex. ꝛ plene notatur in l. si finita. §. Julian. de dam. infec. Et specifice no. Jo. an. in d. §. nunc dicamus. super. d. ver. sed pone qḋ vnus. nec statutum aliquod ex transmissis aliter disponit. Eodẽ modo ꝛ quando eo defuncto proceditur debet citari specialiter ille ad quẽ prima causa successionis pertinet, vt est ostẽsum. ¶ Ad statutum vero sub rubrica de dote ꝛ donatione restituendis est responsum opportune per dominos supra consulentes, ꝛ etiam ptꝫ respõsio ex his que dixi. s. referendo illa duo consilia Pe. de Anch. ꝛ ex notatis per docto. in l. j. ff. de testa. mili. ꝛ in l. filiusfami. cum si. ff. de dona. ¶ Nec obstat si dicatur quod vident satis citati dicti Marianus ꝛ eius frater, cum citati fuerint heredes, si qui sunt, ꝛ esse volũt dicti Joannis, ꝛ omnes ꝛ singuli agnati ꝛc. prout ex tenore citationis ꝛ eius relationis apparet: qꝛ hoc nõ est noiatim citari. l. j. ꝛ ij. ff. de lib. ꝛ post. ꝛ no. Bal. in

8 l. si curatoris. C. de in. deliberan. † Et quando aliquis est specialiter citãdus, debet citari personaliter si inueniri potest, alias debet citari ad domũ in qua degit. l. iiij. §. pretor. ff. de dã. infec. ꝛ ibi ꝑ Bar. ꝛ l. j. §. j. ff. de lib. agno. l. aut qui aliter. §. si forte. ff. quod vi aut clam. ꝛ plene nota. in d. c. causam. de do. ꝛ contu. ꝛ in c. fi. de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. sed citatio nõ fuit huiusmodi, sꝫ fuit facta in vicinia dicti defuncti, ꝛ per plateas. ¶ Quantũ autem ad vltimum dubiũ an dictus Marianus censeat esse vere heres, ꝛ insolidum cõsiderata reformatione facta anno. M. cccc xxxix. ꝛ alia facta anno. M. cccc xlj. ꝛ alia facta ann. M. cccc xlv. mihi vident verba dicte vltime reformationis satis clara, ex quibus verbis vltime reformationis infertur dictum Marianuꝫ potuisse adire insoliduꝫ, ꝛ per omnia esse verum heredem, sicut videmus esse illos, quibus post repudiationẽ vel abstentationem datur facultas adeũdi. Nam tales dicunt esse quo ad omnia pleno iure heredes, vt patet in l. fin. C. de repu. here. ꝛ l. si qs suus. ff. de iure deliber. ¶ Nec obst. quod vltima reformatio permittat excluso ita demũ adire si hereditas ipsa non est ꝑ prius adita vel apprehensa per aliquem, cui post exclusionẽ istius adire volẽtis ex ordine successiuo delata esset ipsa hereditas: quia dico quod quando Marianus adiuit, nullus adiuerat, ergo, nihil impedit Marianũ adire etiã in totum: cũ ex forma prime reformationis per lapsum temporis esset exclusus frater eius. s. Petrus. Et si dicatur qḋ imo nõ debet posse Marianus adire ꝓ parte fratris, qꝛ frater potest adire: qꝛ vltima reformatio excluderet fratrem Mariani ab adeundo solum quando per alium esset adita hereditas. cui ex ordine successiuo esset delata ipsa hereditas, que ab initio fuit delata pro dimidia fratri dicti Mariani. sꝫ Marianus nõ est ille cui ex ordine successiuo sit delata: cũ ipse sit par in gradu cũ fratre: filia ergo dicti Joãnis defuncti videt esse illa, que ex ordine successiuo videt vocari ad hereditatẽ delatã fratri dicti Mariani excluso ipso fratre Mariani, ex forma statuti disponẽtis qḋ extãte nepote ex fratre, ꝛ adeũte excludat filia femina, vt in puncto narratur: qꝛ ad hoc respondeo qḋ dicta vltima reformatio nõ potest intelligi de dicta filia, que cuꝫ excludatur a statuto extante nepote ex fratre et adeunte debet in casu nostro excludi propter existentiã dicti Mariani qui vult esse heres. ꝛ satis est quod vnus tantũ sit masculus qui heres esse velit. l. non est sine liberis. ff. de ver.

9 sig. l. iubemus. C. ad Treb. † Et etiam adita hereditate per dictum Marianũ adeuntem etiam pro ea parte a qua erat lapsu tẽporis exclusus dictus Petrus eius frater dicitur esse adita per illũ cui ex ordine successiuo delata erat ipsa hereditas pro parte dicti Petri. Nam ordo est vt quis primo adeat partem sibi delatam immediate a lege vel a testatore ꝛ successiuo excluso ipso cui delata est dicta pars hẽditatis ꝑ renunciationẽ suam vel per lapsum temporis defertur ex ordine coheredi suo adeũti, vt. l. si ex pluribꝰ. ff. de suis ꝛ legit. l. vnica. C. quan. non pe. par. l. iij. in prin. ff. quis or. in bo. posses. ser. l. si duo. ff. de acquiren. heredi. Et per consequens potest cadere ordo inter dictos fratres respectu partis delate dicto Petro qꝛ primo ad illã vocabatur Petrus. Secũdo vocabat in ea parte Marianus. s. excluso Petro prout fuit exclusus tẽpore si preueniat Marianus in aditione partis Petri exclusi tẽpore vt extitit in casu nostro. ¶ Nec etiã dicta vltima reformatio loquit de eo qui esset in sequenti gradu ꝛ adiret excluso priori in gradu. sed loquit de illo adeunte cui ex successiuo ordine esset delata hẽditas a qua esset exclusus aliꝰ. Et aliud est loqui de sequẽti in gradu: ꝛ aliud est loqui de ordine. de consec. dist. ij. c. in Christo pater. ibi, gradũ atqꝫ ordinem ꝛc. iunctis notatis per glo. in rubrica. ff. de iur. ꝛ fac. ign. ꝛ patet etiam in l. j. ff. de gradi. Unde videtur qḋ cum loquatur dicta reformatio de ordine videtur ibi casus noster optime cõprehensus. ex quibus concludo dictuꝫ Marianum esse heredem in totum. Alex. Tartag.

Summarium.

2 ¶ Sententia est stricti iuris. nu. 7.
3 Hypothecaria si agatur, quid probandum.
4 Exemplum exempli non probat.
5 Producens quando non censetur confiteri. nu. 6.
9 Pretium in hypothecaria non succedit loco rei nisi in subsidium contra habentem causam lucratiuam.

Consilium. CVIII.

Viso processu coram domino Potestate Mirãdule inter Baptistã mareschalcũ agẽtem, ꝛ magistrum Ambrosium de mediolano mareschalcũ se defendentem, ꝛ visis literis prefati Potestatis me requirentis vt consulere debeam quenam future sint ptes sue i iudicãdo: Plura hincide adduci possent. Sꝫ infrascriptas satis sufficere existimaui. Videt igitur mihi partes domini Potestatis esse in absoluẽdo dictũ Ambrosiũ a contẽtis in petitione producta per dictũ Baptistã, ꝛ in condemnando victum victori in expensis. Et primo qꝛ in libello dictus Baptista agit hypothecaria ꝛ licet deducat quandã sententiam alias latã per quam fuit ꝓnunciatũ dictũ Baptistam habere meliora ꝛ potiora iura dicto Ambrosio in rebus ꝛ bonis quibusdã Bartholomei ghisilini tunc sequestratis ad instantiã dicti Baptiste apud Peregrinũ mangetũ: de qbꝰ bonis fit mẽtio in dicto libello ꝛ in

1 positionibꝰ dicti Baptiste: † tamẽ nõ potest dici per hoc qḋ nõ sit intẽtata actio hypothecaria cõtra dictũ magistrũ Ambrosiũ. ꝛ qḋ petat solũ executio dicte sñie, ptꝫ: qꝛ de illa sentẽtia nõ fuit condẽnatus dictus Ambrosius ad dadũ ista bona dicto Baptiste. nec etiã tunc fuit hoc petitum pro parte Baptiste: quia bona non erant tunc apud Ambrosium, sed apud aliũ. ꝛ sic cum in illa sentẽtia non fuerit condemnatus Ambrosius ad tradendũ vel consignandum dicta bona dicto Baptiste: non potest dici ꝙ absqꝫ alia actione intentata possit dictus Baptista cõsequi restitutionem dictorum bo-

2 norũ aduersus Ambrosiũ ex sola sentẽtia predicta: † qꝛ sentẽ-

a tiaª nõ inducit plus ꝙ̃ de necessitate inferatur ex ea aut cõtineat in ea. l. pe. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum ibi not. ꝛ l. ij. C. de or. cog. ꝛ in l. j. C. de or. iu. ꝛ in l. j. C. si plu. vna sen ten. Sed in illa sentẽtia nõ continetur, nec de necessitate infertur aliqua cõdemnatio Ambrosij ad restituendum dicta bona sequestrata. ergo apparet qḋ fuit necesse qḋ dictꝰ Baptista intẽtaret actionem hypothecariam cõtra Ambrosiũ ad quẽ dicit peruenisse dicta bona dicti Bartholomei ghisilini, aꝉs sequestrata. † Sꝫ ita est qḋ in libello ꝛ in iudicio in

3 quo agitur hypothecaria, oportet qḋ deducatur ꝛ successiue probetur inter cetera quod ꝛ quantum debeatur creditori a debitore principali sub dicta obligatione bonorũ: ꝛ sic pro quãta quantitate sint obligata bona, que petunt consignari in causam pignoris, ꝛ hypothece, tex. est i. c. ex literis. de pig. ꝛ est tunc

a ¶ Sentẽtia. s. li. j. consi. xlvj.

& est tūc in potestate rei seu possessoris cōuēti hypothecaria & cōdēnati, vel rē restituere creditori, vel soluere illā quātitatē quā creditor in dicto iudicio moto in hypothecaria ꝓbauit sibi deberi sub dicta obligatiōe pignoris.l.ij.& ibi not. doc.C.si vnꝰ ex pluri.hǣdi.credit.l.si fundus.§.in vēditiōe. ff.de pig. ¶ Et qd̄ debeat ita cōcipi petitio ī hypothecaria & probari, vt dixi no.Spe.in tit.de pign.§.j.versi.ceterū.cū ver.sequēti.iunctis etiā alijs ꝓximis versiculis.Et patet ex notatis p Bar.in legibus supra ꝓxime allegatis.& in.l.rem alienā.ff.de pig.act.Sed in libello actoris nō est deducta aliqua certa quantitas, pro qua fuerūt obligata dicta bona: nec in ꝓcessu est ꝓbatū legitime de certa quātitate: ergo nō pōt obtinere in hypothecaria. ¶ Nec obstat si diceret quod Ambrosius respōdendo positionibus actoris, videat fateri debitum: qr dico hoc nō esse verū, imo se refert ad acta facta circa liquidationē sequestri, que nō reperiuntur actualiter ꝓducta, & cū alijs scripturis cause mihi transmissa. ¶ Nec etiam ex positionibus apparet quod pro summa ducatorū xxxix.de qbus fit mētio in positionibꝰ, & ꝓcessu bona Bartholomei ghisilini fuerint hypothecata nō enim ꝓ quolibet debito bona sunt tacite hypothecata, vt per totum.ff.& C.in quibꝰ cau.pig.tacite ꝯtraha. Nec etiā in ea parte sentētie q̄ mihi trāsmissa est apparet ꝓbatū & declaratū de aliqua certa quātitate, pro qua bona predicta sint hypothecata dicto Baptiste. ¶ Nec etiam obst. si diceret quod saltem apparet Baptistam fuisse creditorē dicti Bartholomei de libris cētū viginti ex asserto instrumēto rogato p ser Bartholomeum de bergomo cū obligatione bonorum. Cuius instrumēti tenor est talis registratꝰ ī certis actis, alias factis īter dictū Baptistam, & dictum Bartholomeū coram potestate sancti Felicis, que acta fuerunt producta in hac causa pro

4 parte dicti Ambrosij: † qr ad hoc respondetur quod nō apparet qd̄ in hac causa fuerit ꝓductū dictū instrumentū debiti autheuticum, sed solū fuit producta copia sumpta p ser

a Franciscū de bergomo ex quadā alia[a] copia registri actorū factorū inter dictū Baptistā & dictū Bartholomeum: que quidē copia & exemplū ita simpliciter sumptū fidē nō facit, saltē cōtra dictum Ambrosium, cum quo seu aduersus quē nō fuerat productū corā potestate sancti Felicis, vt in aut.si qs in aliquo.C.de eden.c.j.de fide instru. Quinimo etiā ipm registrum originalis instrumenti producti apud acta non probat nisi cōtra illum qui citatus fuit ad videndū producī ipsum instrumētum tēpore quo fuit productū, & registratum, vt no. Jo.an.in addi. Spe.in tit.de rescrip.presenta.§. j.ver.sed obijcit.& no.doc.in.c.cū in iure.de offi.dele. ¶ Ex quibꝰ apparet quod dicta copia instrumēti nō facit fidē cōtra dictū Ambrosiū: tum qr est simplex exemplū sumptū a copia registri dicti instrumenti: tum etiā quia dictū instrumentū tempore quo fuit registratū, non fuit ꝓductū ꝓsente vel citato dicto Ambrosio. ¶ Nec obst. si diceret quod dictus Ambrosius ꝓduxit dictū exemplū actorū, & sic videt cōfiteri vera esse ea que cōtinentur in eis.l.j.§.edere.cum ibi

5 notatis.ff.de edēdo.l.cū precū.C.de libe.cau. † Quia respon

b deo qd̄ ille qui producit[b] instrumentū vel scripturā, nō videtur cōfiteri illā esse veram, nisi quatenus illa scriptura probat vt inquit Bart.ff.de his qui.vt indi.in.l.post legatū.in prin.circa primam col.in versi.itē contra hoc oppono quia si ego produco &c.per illum tex. Et ideo si scriptura producta nō erat authentica, seu non solennis ad probandum: nō videbit̄ producēs tacite cōfiteri ibi cōtenta esse vera, vt expresse notat Jo.de Jmol.in cap.cū venerabilis.ad finem.de exceptioni.quod saltē ꝓcedit in casu nostro, in quo Ambrosius producens dictam copiam actorum producit eam tanquā solennem & probātem intentionē suam, vt patet in processu folio.xxxi.vbi dicit se producere dictū processum releuatum in publicam formam per dictū ser Franciscum & per quē processum dicit probari qd̄ dictus Baptista fecit capi dictum Bartholomeū ghisilinum, qui fuit principalis debitor, vt asseritur &c. Et tamen cōstat qd̄ per dictum processum nihil ꝓbatur de eo ad quod producit per Ambrosium: quia est exemplum & copia non sumpta a notario rogato de ipsis originalibꝰ actis: sed ab alio simpliciter: & sic apparet qd̄ in hoc erranter fuit ꝓductū pro solēni, & idoneo ad probādum. vnde tūc producēs, nō videt̄ fateri cōtēta in eo esse vera. vt voluit Ant.de but.in.d.c.cū venerabilis.in ver. ad secūdū, an reprobato instrumēto &c.& do. Abb.ibi & est de mē

6 te Jnn.ibi. ¶ Et itē qñ scriptura, que nō est solennis, & authentica produ.it, & cōtinet factum alienū: & sic verosimiliter incognitum ꝓducēti.l.si.ff.pro suo.c. ab excōmunicato. de rescriptis. nō videtur producēs cōtenta in eo cōfiteri esse vera, secūdū.d.Abb.in.d.c.cū venerabilis.per ibi notata p Jnn. Et ita est in casu nr̄o, & qd̄ dictus Ambrosius, seu eius ꝓcurator per dictā productionē nō intellexerit ꝯfiteri dictū Baptistā esse creditorē in dicta quantitate patet: qr in dictā ꝓductione dicit qd̄ fuit principalis debitor, vt asseritur loquendo de Bartholomeo ghisilino. ¶ Posset etiā rñderi qd̄ de dicto asserto debito librarū.cxx.contracto, vt dicitur anni.M.cccclix.die tertia Maij, fuit satisfactū ex summa ducatorū.xlj.auri.habitorū per dictum Baptistam nomine dicti Bartholomei ghisilini a dicto Ambrosio, vt constat scriptura ꝓuata facta anno.M.cccclvij.die.xvij.Maij.recognita p dictū Baptistā, vt ptꝫ in ꝓcessu rogato, & scripto p ser Justū de ferrarijs.& sic diceret qd̄ ista scriptura ꝓuata recognita nō habet obstare Baptiste, ex eo qr post illā scripturā fuit lata sñia per potestatē Mirandule. in qua anno M.cccclix.fuit pronūciatū dictū Baptistā habere meliora & potiora iura, quā dictus Ambrosius. Respōdeo quod in dicta sñia mihi trāsmissa nō declarat̄ qd̄ Baptista habeat meliora iura, quo ad istud creditū librarū.cxx.de quo in di

7 cto instrumēto, † imo in dicta sentētia mihi trāsmissa nō apparet ꝓ quo vel quāto credito declaret̄ Baptistā habere potiora iura, & sic nō pōt fieri quo ad hoc fundamētū in dicta sñia: & sic remanemꝰ qd̄ si dictꝰ Baptista velit se fundare in

8 dicto instrō, obstabit sibi dicta scriptura recognita. ¶ † Alio fundamento principali moueor ad absolutoriā: nam hypothecaria tanq̄ actio realis dat̄ ꝯtra possidentē, vel cōtra eū q dolo desijt possidere.d.l.si fundus.§.in vēdicatiōe.ff.de pigno.&.l.pignoris.eo.ti.sed nō apparet q̄ dictꝰ Ambrosius habeat dicta bona que, vt dicit fuerunt hypothecata dicto Baptiste.& plus est qd̄ posito qd̄ appareret eū aliquo tēpore habuisse dicta bona, nō sequit̄: ergo nunc hꝫ si non allegat Ambrosius se illa habere, vt plene no.i.l.siue possidetis.C. de proba.& in.l.nō ignorabit.C.ad exhiben.& in.c.cum ad sedem.de restitu.spol. Et si diceret̄, dato qd̄ nō appareat qd̄ Ambrosius habeat dictum guadum, & tañ, satis est qd̄ habuit pretium seu retractū dicti guadi hypothecati, vt videt̄ cōfiteri Ambrosius respōdendo positionibꝰ, dū dīt qd̄ habuit ducatos.xliiij.& plus & minꝰ, put dꝫ apparere in li

9 bris peregrini. † & sic videt̄ qd̄ in hypothecaria pretiū succedat loco rei, saltē in subsidiū, qñ ipsa res pignorata est pempta, vel prescripta, vt sub dubio forte voluit gl. reputata singu.in.l.j.in fi.ff.de distra.pig.& no.Bar.in.l.q a debitore. in prin.ff.que in frau.creditorū.& dicta bona hypothecata videtur cōsumpta, vt fateri videt̄ ꝓcurator Ambrosij ī ꝓcessu fol.31.vbi narrat qd̄ p ꝓcessum sumptū p dictū ser Franciscū de bergomo ꝓbat̄ de cōsumptione dicti guadi, & tañ. Quia rñdeo primo qd̄ nō cōfitet̄ firmiter Ambrosiꝰ de quātitate quadragintaquatuor ducatorū, sed refert se ad librū Peregrini: qui nō est ꝓductꝰ, & mihi trāsmissus. ¶ Item: qr dictꝰ ꝓcurator Ambrosij ī dicta scriptura: nō cōfitet̄ simpliciter dictū guadum & tañum esse ꝯsumptum, sed dicit q̄ ꝓducit dictū ꝓcessum, ex quo probat̄ cōsumptio dicti guadi: & tñ ex inspectiōe dicti ꝓcessus, nō apparet qd̄ dictū guadū sit cōsumptū, adeo qd̄ sit extinctū, & desierit esse in rerū natura. vñ p dicta verba nō intelligit̄ dictus ꝓcurator confiteri, nisi quatenus ꝓbet̄ ex inspectiōe dicti ꝓcessus ad quē refert & dirigit verba, vt.l.ij.& ibi hoc no.Bal.C.de erro.aduo. Et talis processus etiā ad quē fit relatio, fidem nō facit: qr est quedā copia simpliciter sumpta p aliū notariū: quam per eum qui fuit rogatꝰ de actis ipsis. vñ nō probat, vt circa alium ꝓcessum supra dixi. ¶ Item & fortius rñdeo quod posito qd̄ guadū esset cōsumptū, tamē non potest cōpetere

10 hypothecaria cōtra eū ad dictū pretium: † qr illud quod dicit qd̄ in hypothecaria pretiū succedit loco rei, adeo quod tenet hypothecaria ille ad quē pretiū rei hypothecate peruenit.l.ex cā lucratiua & nō onerosa, vt no. Bart.& omnes in dicta.l.fin.ff.de distra.pigno.per notata in.l.si eum seruum. ff.si certū pet.& in.l.fin.C.de nego.gest. Tñ istud procedit qñ apparet qd̄ creditori nō pōt aliqua alia via esse cōsultū, vel succursum ad recuperādum debitū suum. Sed si alia via potest sibi esse cōsultū: tunc stamus regule, que hꝫ qd̄ pretium nō succedit loco rei in hypothecaria, vt.d.l.j.fi.de distr. pig. qr ad pretiū agi non pōt, nisi in subsidium. dicta.l.fina. cum ibi no.ff.de neg.gest.&.l.mater.cum ibi no.C.de rei vē. Jta ī terminis nostris firmat Cy.in.d.l.mater.in.vij.q.& expressius Ray.ibi in.x.q.dum dicit qd̄ ita demū creditor pōt agere hypothecaria contra illū ad quem peruenit pretiū rei hypothecate, si saluam non habet actionē personalē cōtra debitorem principalem, per illam.l.mater.cū ibi notatis. tūc enim dicitur in subsidiū agere. Sꝫ in ꝓposito habet actionē per

a ¶ Alia. & sic exēplū exempli.

b ¶ Producit. fa. 3.lib.ij.cōs.cxxxvj. ad fi.l.j.col.j. C.vt que desunt aduoca.

sonalem creditorē cōtra Bartholomeū ghisilinum, ⁊ nō est facta excussio cōtra eum in bonis, adeo qđ dici possit ipsum nō esse soluendo, hʒ etiam remediū agēdi cōtra illos fideiussores qui pmiserūt soluere Baptiste omne id in quod pbaret se esse creditorē Bartholomei, ergo dato qđ etiā esset verū qđ dictū pretiū puenisset ad Ambrosiū ex causa lucratiua, tū nō cōpetit ad illud actio hypothecaria, cū nō ostenderet Baptista se posse dicere qđ in subsidiū agit. ⁊ ꝙ sibi nullum aliud remediū cōpetat. ⁊ si sequestrari⁹ min⁹ legitie dedisset res sequestratas dicto Ambrosio: adhuc posset dicto Baptiste esse cōsultū ꝯ sequestrariū. secūdū formā. l. si oleū. cū ibi notatis in prin. ff. de dolo. ⁊ in. l. ppter. C. de po. Alexā.

Summarium.

1 Sentētia nō valet, nisi certa per se, vel relatione ad acta. ⁊ nume. 2. 3.
4 Rubrica generalis extendit legem.
6 Possessio presumitur prius tradita habenti titulū priorē.
10 Legatum factū Titio, nō debet petenti, si appareat de alio Titio etiā tacente vel repudiante.
11 Si nō tradiderit, vba, itelligunt si nō fuerit i mora tradēdi.

Consilium. CIX.

tati:qꝛ etiã tunc erat in ea paupertate.in qua nũc est. ¶Ul-
timo vꝛ̄ mihi rem esse satis in tuto,maxime dirigendo indi-
cium ꝯ fideiussores,ꝑ illa verba posita in instr̃o dum dꝛ ꝙ di
cti Oppizo debito principalis,ꝛ Hector, Baltasar, ꝛ Bar-
tholomeus fideiussores,ꝛ quilibet eorum renunciarunt exce-
ptioni doli mali,actioni in factũ,cõditioni sine cã:nouarum
cõstitutionũ,ꝛ epistole diui Adriani bñficio,ꝛ qđ nõ tenẽtur
ipsi fideiussores vltra q̄ possit p̄ncipalis.Nã ꝑ hec vltĩa ver-
ba renũciationis.s.ꝙ nõ teneanꝛ fideiussores vltra q̄ possit
p̄ncipalis:apparet qđ dict⁹ Oppizo,ꝛ ceteri cogitauerũt de
ista exceptione,ꝛ voluerũt ꝯhẽtes ꝙ dictus Oppizo aut fi-
deiussores nõ possint allegare ꝙ ipsi fideiussores non tenenꝛ
vltra q̄ possit facere principalis.Et ad oẽs referꝛ, ac referri
põt dicta renũciatio quo ad istud caput: vt verba ostẽdũt.ꝛ
16 opeꝛ dicta renũciatio quo ad p̄ncipalẽ qđ†q̄uis de iure bñfi
ciũ qđ reus nõ teneꝛ nisi quaten⁹ facere põt nõ trãseat ad fi-
deiussorẽ.l.ꝛ si fideiussor.ff.de re iud.Sꝫ ꝯuẽto fideiussore bñ
põt reus p̄ncipalis ad suã ꝓpriã vtilitatẽ ex sua ꝑsona cõpa
rere,ꝛ dictũ bñficiũ allegare,alꝛ̄s exacto fideiussore insolidũ
exigaꝛ etiã reus ꝑ fideiussorẽ insolidũ.l.idẽq̄.§.ꝛ gñaliter.ff.
mã.ꝛ no.Bart.ꝛ alij in.d.l.verũ.ff.pro soc.ꝛ in.d.l.ꝛ si fideius-
sor.cũ suis cõcordantijs.tñ in casu isto virtute dicte renũcia
tio.ꝛ ꝯuẽtionis iurate,nõ poterit debitor principalis hoc al
legare,ꝛ alꝛ̄s nihil operaretur dicta clausula:qꝛ etiã sine dicta
clausula fideiussores hoc de iure allegare nõ poterãt.d.l.ꝛ si
17 fideiussor.†ꝛ v̀ba ꝯctuũ debẽt iterp̄tari,vt nõ solũ illa clausu
la.s.qđ vnũquodq̄ verbũ sit cũ virtute operãdi.l.hãc legẽ.ff.
de contrah.emp.l.si stipulatus.in prin.ff.de vsur.ꝛ no.Bal.
in rub.C.de ꝯhen.emp.in.ix.q.Et ita cõcludo pro dicto cre-
ditore ꝯ principalem debitorem.ꝛ fideiussores.Alexan.tart.

a ¶Propria.s.
li.ij.cõsil.lxxviij.

Summarium.

1 ☞ Soci⁹ emẽs noĩe cõi ĩ dubio cẽseꝛ p̄tiũ de ꝓprio soluisse.

Consilium. CXXXIIII.

Circa ea de quibus in superiori themate breuiter respondeo,ꝛ primo cir
ca prediũ acquisitum per Joannem Franciscũ,
Christophorum,Jacobũ,Thadeum,ꝛ Peregrinum extra
1 districtum pro pretio librarum quadringẽtarum.†Quod si
eo tempore predicti omnes erant in societate saltem tacita,
omnium bonorũ:vt qꝛ vndecunq̄ obueniẽtia cõferebãt ad-
inuicẽ indifferẽter,ꝛ promiscue,ꝛ erãt maiores nõ pupilli,ꝛ
sic in etate in qua potuissent expressam societatẽ ꝛ cõionẽ per
se contrahere,iuxta.l.vt in conductoribus.ff.pro soc.ꝛ tũc di
ctum prediũ intelligitur esse cõe omniũ prediorũ si fuit cõi
noĩe emptũ:ꝛ si nõ fuit cõi noĩe emptũ,esset cõicandũ.l.si so-
cietatẽ vniuersarum.cũ duabus.ll.seq.ff.pro socio.iuncta.l.
iiij.e.ti.ꝛ.l.si patruus.cũ ibi no.per gl.ꝛ Bar.ꝛ plenius Bal.
C.cõmu.vtri.iudi.ꝛ plene no.Bar.in.l.Titium ꝛ Meuium.
§.altero.ff.de admi.tut.ꝛ.l.cum duobus.§.Papinianus.ff.
2 pro soc.¶†Si autẽ non erãt socij omniũ bonorum expresse
nec tacite,vt qꝛ oĩa vndecũq̄ obueniẽtia nõ cõferebant ad-
inuicem ꝛ promiscue:ꝛ tũc dico qđ si dictũ predium fuit em-
ptũ proprio noĩe tantũ ab vno ex predictis,puta a Joanne:
ꝛ tunc erit insolidũ dicti emptoris vt.d.l.si patruus.Si aũt
fuit emptũ ꝑ oẽs proxime noĩatos,ꝛ tunc erit cõe oĩm absq̄
eo qđ aliquis teneatur soluere alicui ex predictis aliquã par
tem pretij,nisi in instrumento appareret ꝙ non esset emptũ
de pecunia cõi,sed alicuius eorũ:qꝛ pretium deberet restitui
3 ei qui soluit pro rata.vt.j.proxime dicã.†Sed si prediũ fuit
emptũ nõ ꝑ oẽs:sed per vnũ ex eis noĩe oĩm puta ꝑ Joannẽ
ementẽ noĩe suo ꝛ oĩm predictorũ:ꝛ tunc dico qđ prediũ pre-
dictũ erit cõe oĩm predictorũ ratũ habentiũ dictũ ꝯctum:tñ
ille qui vult cõsequi partẽ suã in p̄dio tenebiꝛ ratã pretij di-
ctarũ librarũ quadringentarũ soluere dicto Joãni q emisset
ꝛ pretiũ soluisset;nisi in instrumento diceretꝛ qđ pretiũ fuisset
solutũ de cõia pecunia oĩm predictorũ seu aliter hoc ꝓbaretꝛ
hec habenꝛ in.l.cũ ꝓponas.C.pro soc.ꝛ ibi Bar.ꝛ alij mãdãt
illũ tex.ad hoc bñ notari.Nã dicunt ꝑ illã.l.ꝓbari ꝙ lꝫ vnus
ex fratribus emat fundũ,ꝑ se ꝛ fratre suo:tñ in instr̃o dꝛ qđ
p̄tiũ dictus vẽditor fuit cõfessus habuisse,ꝛ recepisse a dicto
tali emẽte,nec dꝛ in instr̃o de qua pecunia.s.ꝓpria vel cõi fue
a rit solutũ,intelligiꝛ in dubio de ꝓpria[a] pecunia soluẽtis, ita
qđ ab alio fratre põt petere partẽ pecunie,si vult partẽ p̄dij.
Et ideo ꝺm doc.ibi,opꝫ qđ ĩ instr̃o dicaꝛ qđ p̄tiũ fuit solutũ
de pecunia cõi,sꝫ ille frater cui⁹ etiã noĩe facta fuit emptio ꝑ
fratrẽ suũ vult nõ teneri ad solutionẽ partis pretij ipsi fratri
emẽti ꝓ se ꝛ noĩe fratris.ꝛ ita etiã notat Bal.ĩ.l.pe.C.si quis
al.vel sibi.¶Et si q̄raꝛ cui incũbat onus ꝓbãdi qđ essent ĩ so-
cietate oĩm bonorũ seu qđ oĩa vñcunq̄ obueniẽtia ꝓmiscue
4 cõferrent,vt.s̃.dixi.†Et dico qđ incũbit ei q hoc ad fauorẽ
suũ,seu ad fundamẽtũ intẽtiõis sue allegaret.l.ei q.ff.de pro-
bat.l.actor.C.de ꝓba.c.bone.el.j.de elec.¶Et ea q̃ dixi cir-
ca dictũ p̄diũ acq̄situ ꝑ dictis libris quadringẽtis,dico etiã
seruari deberẽ ĩ bonis alijs quesitis ꝑ dictũ Frãciscũ ꝛ fra-
tres.Tñ ex narratis.s̃.in themate vꝛ̄ posse ꝯcludi qđ salteꝫ
post emptionẽ dicti p̄dij empti ꝑ libris quadringẽtis dicti
Frãciscus ꝛ fratres ꝛ dict⁹ Joãnes,ꝛ post ei⁹ mortẽ descẽden
tes sui nõ fuerũt in cõe oĩm bonorũ:qꝛ narraꝛ q̃ separatim
agebãt,ꝛ ꝓmiscue seu recipere nõ ꝯferebãt.ꝛ lꝫ vnus eorũ cõ
ferret seu negotiaretꝛ etiã noĩe aliorũ:tñ alij ꝓmiscue idẽ non
faciebãt nõ resultaret societas,vt inq̄t Bar.ꝛ alij ĩ.d.l.si pa-
truus.ꝛ in.d.§.altero.ꝛ in.d.§.Papinianus.ꝑ id qđ hꝛ̄ in.l.
v.ĩ fi.ff.ꝑ soc.¶Et si circa p̄dicta dubitaretꝛ an stãte qđ Frã
ciscus acq̄siuisset pro se ꝛ hꝛ̄dibus suis,ac vice ꝛ noĩe Jacobi
Thadei Christophori ac Peregrini fratrũ.ac vice ꝛ noĩe di
cti Joãnis quõdã Bonuisini ꝑ quarta pte pñt admitti di-
cti Zãmattheus ꝛ Baptista nepotes dicti Joannis,ac eius
hꝛ̄des mediãte ꝑsona Blasij filij dicti Joãnis ac pr̃is dicto-
rũ Zãmatthei ꝛ Baptiste.ꝛ rñdeo qđ ꝓ vna sexta pte vꝛ̄ acq
5 sitũ dicto Joãni ꝛ successiue dictis ei⁹ hꝛ̄dib⁹:†qꝛ vꝛ̄ acq̄sitũ
oĩb⁹ dictis sex specifice noĩatis.s.ꝓ virib⁹,ꝛ sic equalꝛ̄.l.si mi
hi ꝛ Titio.ff.de v̀.ob.l.reos.§.cũ ĩ tabulis.ff.de duo.re.Nec
eñ fuerũt Frãcisc⁹ ꝛ fr̃es noĩati ꝑ nomẽ collectiuũ tm̃,sꝫ per
exp̄ssionẽ ꝓpriorꝫ nominũ ꝛ ĩ eadẽ oratiõe:qꝛ nõ fuit dictũ ꝙ
Frãcisc⁹ emeret ꝓ se fr̃ib⁹ suis,ꝛ ꝑ dicto Joãne.Sed fuerũt
exp̄ssa ꝛ specificata ꝓpria noĩa dicẽdo qđ vẽdebaꝛ dicto Frã
cisco emẽti ꝓ se ꝛ hꝛ̄dib⁹ suis,ac vice ꝛ noĩe Jacobi Thadei
Christophori ac Peregrini fratrũ dicti Frãcisci,ac ꝑ dicto
Joãne eorꝫ patruo.ad hec.l.iterdũ.ĩ pñ.ꝛ.l.liber hõ.§.titius.

el primo.

el.j.⁊.l.titius fundi.ff.de here.insti.⁊.l.fi.cū ibi notatis.C.de impub.⁊ ali.substi. ¶Et circa predicta non facio differētiā inter bona immobilia,⁊ mobilia,aut se mouentia,qꝛ est eadē ratio vtrobiqꝫ.⁊ si iuxta ƥdicta cōtingeret in facto dubitari an si nō apparet vtrū dictus Frācīscus,vel alius qui emit, 6 emerit proprio noīe an cōi nomine:† Rn̄deo qꝺ in dubio presumitur acquisiuisse nomine ꝓprio tātū.l.⁊ magis.ff.de sol.l.si ita stipulatus.§.chryso.ff.de ver.ob.⁊ no.Bar.in.d.l. si patruus.⁊ in.d.§.altero.⁊ Bal.⁊ Sali.in preallē.l.pe.C.si quis al.vel sibi.nisi aliud ꝓbetur,vt etiam per Bal.in.d.l.patru⁹.⁊ dicit etiam Bart.in dictis locis.⁊ Bal.in.d.l.pe.⁊ ibi 7 etiam Bar.⁊ Sal.⁊ Bal.⁊ alij in.d.l.ij.C.pro socio.† ꝙ presumit̄ in dubio qꝺ ille qui acquisiuit,acquisiuerit de pecunia propria,⁊ nō de communi, nisi aliud appareat per.d.l.si defunctus.C.arbi.tut.⁊.l.si vetri.in fi.ff.de priui.credi.⁊ Pe.de ancha.in consi.cxl.inci.plura dubia.⁊ ita magis communiter tenetur, ⁊ talia acquisita que suo nomine acquirentis, ⁊ de sua pecunia intelligunt̄ sit acquisita,proculdubio spectāt ad ipsum acquirentē.Et non sunt alteri communicāda per superius dicta.

Ludouicus comes dedit et consignauit publico notario recipiēti ⁊ stipulanti vice ⁊ noīe Elisie,⁊ Violātis filiarū dicti comitis,⁊ emancipatarū certa predia noīe dotis earum in forma latissima, ⁊ inter cetera cū pacto inter ipsum comitē ex vna stipulantē,⁊ recipientē pro spectabilib⁹ Bernardo syluo, Nicolao, ⁊ Richardo filijs dicti comitis, ⁊ suis heredib⁹,⁊ me notariū infrascriptū vt publicā personā stipulantē,⁊ recipientē vice ⁊ nominibus prefatarū Elisie,⁊ Violātis,⁊ pro suis filijs ⁊ heredibus ex altera,apposito ⁊ solēni stipulatiōe vallato,⁊ sub ꝓtestatiōe per prefatū comitē facta ꝙ omni vice ⁊ qn̄cūqꝫ dictus Bernardus ⁊ syluius,Nicolaus, ⁊ Richardus,aut sui heredes vel habētes cām ab eis seu aliquo eorū darent aut numerarent,aut numerare paratos offerrēt dictis dn̄abus vel suis filijs ⁊ heredibus aut habituris cām ab ipsis sororibus:vel suis filijs ⁊ heredibus,seu aliqua earū, ⁊ eorum ducatos mille sexcētū boni auri pro pretio dictorum prediorū eo casu adueniēte dicte dn̄e teneantur ⁊ debeāt per se,vt.s.⁊ sic ego idē notarius,vt publica persona ꝓmitto nominibus ipsarū,⁊ pro suis filijs ⁊ heredibus,⁊ successoribus in eis rebus prefato comiti stipulanti ꝓ dictis Bernardo syluio,Nicolao,⁊ Richardo fratrib⁹, ⁊ filijs dicti comitis,⁊ pro suis heredib⁹ aut habenti cām ab eis,vel aliquo eorū sibi ⁊ cuilibet eorū instrumentū publicum vēditionis de dictis predijs facere cum obligationibus,⁊ clausulis opportunis. Querit̄ vtrum virtute dicti cōtractus Richardus potuerit insolidū petere sibi Richardo fieri venditionē dictorum prediorum per dictas dominas,seu alterā earum,puta dn̄am Elisiā,⁊ consequi dictam venditionē, ⁊ excludere dictos alios fratres suos a iure predicto,stāte etiam quodam alio instrumēto celebrato,postea ann.M.cccc.xlviij.die.xix.Maij inter dictū comitē,⁊ eius filios predictos emācipatos ex parte vna,⁊ maritū dicte dn̄e Elisie, nomine eiusdem dn̄e Elisie ex altera, in quo inter cetera cōtinetur qꝺ si ibi conuenta non seruarent̄ per dictū comitē ⁊ eius filios, tunc liceret alteri parti ingredi ꝓpria authoritate,bona patris nō obseruantis,⁊ ea bona vēdere,⁊ penes se pro iusto pretio retinere.

Epitome.

¶Si plures singuli insolidū habent ius redimendi,⁊ vnus solus redimat tenetur ceteris communicare.

Consilium.CXXXV.

Videretur prima cōsideratione dictā venditionē potuisse de iure fieri dicto Richardo in preiudiciū ⁊ exclusionē fratrū eiusdem.Quia videntur ipsi omnes fratres cōstituti plures rei credēdi.hoc enim ostendunt illa verba,vel habentes causam ab eis,seu aliquo eorum.Et illa alia verba, aut habenti causam ab eis, vel aliquo eorū,sibi ⁊ cuilibet eorum instrumentū venditionis facere ⁊c. 1 † Nam istud distributiuū,quilibet,operatur vt intelligant̄ esse plures rei credēdi,⁊ actus attribuatur cuilibet eorum insolidū.l.si pluribus.in princi.⁊ ibi no.ff.de leg.ij.l.non distinguemus.§.cum in plures.ff.de arbi.Et in ꝓposito nostro firmat Bart.⁊ alij in.l.ij.in.j.⁊.ij.q.ff.de duo.re.Et qꝺ no.Bal.in.c.j.§.fi.ad fi.de succes.feud. Accedit,qꝛ etiā fuit posita inter predictos disiunctiua, que inducit cōstitutionē pluriū correorū, vt.l.si ex toto.§.j.ff.de leg.j.⁊ in aut.si qn̄.C.de cōsti.pecu.⁊ no.Bar.⁊ alij in preal. l.ij.Ergo sufficit qꝺ in persona vnius dictorū correorū fuerit adimpletū ad hoc vt ab omnibus correis intelligant̄ liberate dicte nobiles dn̄e.l.j.⁊.iij.in fi.ff.de duo.re.Et attento qꝺ isti videtur esse rei credēdi ex causa onerosa:qꝛ pater qui dicta ƥdia donauit,⁊ in dotē,dedit filiab⁹ cum pacto ꝙ dictis suis filijs masculis tenerent̄ dicte domine venditionē facere pro dicto pretio, dr̄ ex causa onerosa acquisiuisse dictā obligationē filijs suis masculis.l.qui rome.§.flauius.cū ibi notatis ꝑ Bar.⁊ alios.ff.de ver.ob.Nā causa dotis, quo ad dotātem dr̄ onerosa causa.l.qui liberos.ff.de ritu nup.⁊.l.fi. C.de do.ꝓmis.Et in specie no.Bal.in.l.si successiōe.C.de reuo.his q̄ in frau.cre.Et etiā est causa onerosa inspecto pretio,ad cuius solutionē tenebant̄ dicti rei credēdi ƥdicta predia emere volentes,ergo nō possunt fratres dicti Richardi petere ab eo ꝙ cū eis cōmunicet dicta predia, cum hoc sit ꝙ dictus Richardus de suis ꝓprijs pecunijs dicta ƥdia emerit: 2 † ⁊ sic totū negotiū ad eū spectare vr̄.quo casu vnus ex correis credēdi,q totū exegit,cogi non pōt vt cū alio correo cōicet,vt probat Bar.⁊ alij in.l.reos.in prin.in.viij.qꝺ.ff.de duo.re.ar.l.sed ⁊ Julianus.§.nō solū.⁊.§.seq.ff.ad mace.Et no.Bar.in repet.l.ex duobus.in.vj.q.ff.de duo.re.⁊ in repe. aut̄.hoc ita.C.eo.⁊ in.l.qui hominē.§.si duo.ff.de sol.vel dato ꝙ dicti correi stipulāti dicerent̄ correi ex causa lucratiua, adhuc verū esset dicere ꝙ exactū ab vno.s.a Richardo, non esset cōicandū ceteris.l.in lege falci.hoc esse seruādū.ff.ad.l. fal.Et notat Bart.⁊ alij in locis.s.ꝓxime allegatis.⁊ in.l.si vnus.in prin.ff.de pac.Accedit vltimo,qꝛ videtur ꝙ vigore dicti vltimi instrī celebrati cū marito dicte dn̄e Elisie noīe ipsius dn̄e Elisie,nō fuerūt per dictū comitē, seu eius filios predictos obseruata ꝓmissa,potuit dicta domina Elisia vēdere de bonis ƥdictis dicto Richardo vel alteri cuicūqꝫ, ſꝫ ꝙ placuit dicte dn̄e Elisie ſm formā cōuentiōis apposite in dicto vltimo instrō,iuxta no.ꝑ Bart.in repe.l.creditores.in ij.q.principali.C.de pig. 3 † Sed premissis non ob.contrariā sn̄iam veriorem puto ex infrascriptis.Et primo presuppono ꝙ ex illa stipulatione patris stipulātis filijs suis acqsita fuit vtilis actio filijs ƥsertim:qꝛ emācipati.vt no.Pe.⁊ Cy. in.l.ij.C.de contrahen.⁊ commit.stipu.per.l.quodcunqꝫ.§.si quis ita.ff.de ver.obli.iūcta.l.in tēpus.cū si.ff.de here.insti.⁊ no.in.l.si genero.⁊ ibi Bal.C.de iure dot.⁊ no.Bart.⁊ alij in l.qꝺ dr̄.ff.de ver.obli.Et Pet.⁊ Jo.de imo.in.d.§.si qs ita.⁊ Bal.⁊ alij post eū in.l.cai⁹.ff.so.ma. ¶Hoc ƥsupposito, dic ꝙ posito ꝙ dicti filij cēseant̄ esse plures rei credendi:† Richardus tenet̄ cōicare illud qꝺ acquisiuit,⁊ emit a dictis dominab⁹ vigore dicte stipulationis paterne, 4 † ꝙ ꝓbat̄: qꝛ dicti filij comitis cēsent̄ esse correi credēdi ex causa onerosa, ⁊ nō ex cā lucratiua.siue enim cōsideremus personā patris, a quo ista stipulatio in persona filiorū processit, ⁊ indubitatū est ꝙ ex causis onerosa:qꝛ ipse dedit seu donauit ƥdia filiabus,vt filie deberēt dictis filijs comitis vēdere ꝓ dicto pretio.Unde illa obligatio de vēdēdo filijs ꝓculdubio a patre processit ex causa onerosa ipsi patri stipulanti,vt ꝓbat̄ in.d. l.qui rome.§.flauius.ſm inductionē Bar.ibi in.ij.oppo.Et no.Bart.in.d.l.si successione.C.de reuo.his q̄ in frau.credi. Siue etiā cōsideremus onus dictorū filiorū,q habēt necesse dare ducatos mille sexcentū auri dictis Dominab⁹,vt cōsequant̄ dictam venditionē prediorum,⁊ etiam verū est dicere ꝙ istud ius acquisitū dictis filijs pro redimēdis dictis predijs, non dr̄ eis esse acquisitū ex causa lucratiua, imo ex cā onerosa cum pretium predictum eis soluere teneant̄.vnde si predia non valent vltra dictū pretium, vt verbo fert̄, nihil dr̄ eis acquiri ex causa lucratiua,sed onerosa.si aūt ƥdia vltra aliquid valerēt,diceret̄ istud ius esse acquisitū dictis filijs ex cā onerosa ꝓ rata dicti ꝑtij.hec ꝓbantur in.l.in rōne. 5 la.ij.§.vēdere.ff.ad.l.fal.vbi† si heres a testatore grauat⁹ est vēdere fundū titio pro certo ꝑtio:dr̄ esse in legato, ⁊ sic in cā lucratiua solū illud plus ꝙ valeret illa res vltra pretiū.si autē res nō valeret vltra dictū pretiū, non dicetur aliquid esse in cā lucratiua apud legatariū.facit text.in.l.ciuitatibus.§. fi.cū si.ff.de leg.j.Si ergo sunt correi credēdi ex cā onerosa, ergo illud ꝙ ex cā ƥdicta ad vnum ex ipsis correis peruenit ē cū alijs cōicādū:qꝛ natura reoꝝ debēdi,⁊ natura reoꝝ cre- 6 dēdi exparat̄.l.ij.⁊.iij.i.fi.ff.de duo.re.† Ergo sicut qn̄ vnus ex plurib⁹ correis debendi ex cā onerosa soluit totū debitū

repetit partem a correo.l.j.ꝛ ibi notatur.C.de duo.re.ita ꝛ si vnus ex pluribꝰ reis credēdi ex cā onerosa totū creditū ꝓsequatur,tenet cū alijs cōicare.ꝛ ita per istā rōnē,ꝛ ꝑ alia quedam decidit Bar.in.d.l.reos.in.viij.q.ff.de duo.re.ꝛ in.l.ex duobꝰ.in.vj.q.ꝛ ita tꝫ gl.ꝛ ibi Bar.ꝛ alij i.l.si titio aut Seio.ff.de leg.ij.ꝛ gl.in.l.frater a fratre.in prima glo.magna.ff.de condi.indebiti.ꝛ Cy.in aut.hoc ita.in fi.C.de duo.re.ꝛ Sy.ꝛ Bar.in.l.qui hominē.§.j.ff.de sol.Et per hec patet nō obstare allegata in contrariū.Nam non obstat si dicat qꝺ etiā qñ sunt plures correi ex cā onerosa,si negotiū spectat ad illū,q exegit,ipse nō tenet cōicare alijs,ar.l.sed ꝛ iulianus.§.nō solum.cū seq.ff.ad mace.ꝛ no.Bar.in.d.l.reos.in.viij.q.cū con cor.s.allegatis:qꝛ rñdeo qꝺ istud non est ad propositū.Nam Bart.in.d.l.reos.in.viij.q.cū si.accipit negotiū spectare ad vnū ex correis credēdi,qñ tpe quo creant correi negotiū spectabat ad ipsaꝫ solū,vt qꝛ tota pecunia ꝑ eos mutuata erat vnius tm̄ ex eis,vel alio modo super re vnius tm̄ fuit ꝯctuꝫ,ꝛ ita loquunt iura allegata ad hoc,sꝫ in ꝓposito nostro tpe dicte stipulationis paterne,ꝛ sic tpe quo dicti filij fuerūt ꝯstituti plures rei credēdi,istud ius redimēdi ista predia nō spectabat potius ad vnū ex dictis filijs,quā ad alterū,nec fuit dicta stipulatio interposita super re ꝑtinente aliquo iure ad vnū tm̄ ex dictis filijs,ꝛ sic nō pōt dici qꝺ negotiū predictū potius spectaret ad Richardū ꝙ ad reliquos fratres suos,

7 licet ex postfacto in exigēdo ipse solus obtulerit pretiū† vnde pone,Titiꝰ ꝓmittit Caio ꝛ Seio,ꝛ cuilibet eorū insolidū vendere fundū,ꝛ hoc qꝛ dicti Caius ꝛ Seius ꝛ quilibet eorū promittūt dicto Titio dare centū pro pretio dicti fundi.certe dicti Caius ꝛ Seius sunt duo correi credēdi,ꝛ stipulandi ex cā onerosa.Dicemus ne qꝺ si vnus eorū vadat ꝑmo,ꝛ soluat dicta centū pro dicta re sibi vēdēda,qꝺ negotiū dicatur ad ipsum tm̄ ꝑtinere,ꝛ ipse solus irreuocabiliter debeat habere fundū:certe nō pōt,qꝛ sunt rei credēdi nō ex cā lucratiua:quo casu vnus dꝫ illud qꝺ acquisiuit cū altero cōicare,vt notatur in locis.s.allegatis:ꝛ huic opinioni multū cōsonat ꝓsumpta intētio dicti comitis stipulātis,qui presumit pariter voluisse vocare dictos filios,vt ꝓbat in.l.iij.C.de inoffi.

8 test.facit.l.fi.C.cōmu.vtri.iud.†ꝛ illa opinio per quā equaliter cōsulitur filijs in bonis a patre obuētis,dꝫ equitatē fouere.l.inter filios.in verbo equo iure.C.fa.ercis. Postremo nō obstat ꝙ vigore illiꝰ vltimi instrumēti bona oīa essent obligata marito dicte dñe Elisie recipiēti nole ipsius dñe Elisie pro obseruātia ꝓmissorū in dicto instr̄o,ꝛ ꝙ data fuerit ei licētia vēdēdi bona ꝑ dictos comitē,ꝛ eius filios obligata pro obseruātia ꝓmissorū in dicto instr̄o:qñ istud est satis fragile fundamētū partis aduerse.primo: qꝛ non potuit maritꝰ dicte dñe Elisie trāsferre in dictū comitē dñiū dictorū prediorū dotaliū ipsiꝰ dñe Elisie.l.j.§.ꝛ cū lex.C.de rei vxo.act.l.cū vir.ff.de vsuca.l.si prediū.C.de iur.do.cum si.Et per ꝯñs si remāsit in dñio dicte dñe Elisie,non cōprehenditur in illa particula instrumēti,in qua dictus comes ꝛ eius filij dāt licētiam alteri parti vēdēdi de bonis ipsorū eo casu,quo ipsi nō obseruant cōuenta:qꝛ ista predia nō erāt tūc de bonis ipsorū,nec postea vnꝙ fuerūt ante venditionē factā Richardi. Scdo rñdeo,ꝙ licet dictus comes,ꝛ eius filij obligauerint bona sua ꝓ obseruātia cōtentorū in dicto instr̄o,ꝛ dederint licentiā vēdendi de bonis ipsorū,si promissa non seruarent:

9 † tñ ille cui data est licētia predicta.non pōt vēdere nisi primo denūciet debitori.i.dicto comiti,seu dictis eius filijs,vt no.gl.Bart.ꝛ alij in.l.iiij.ff.de pig.actio.que denunciatio nō presupponitur facta:ergo ꝛc.

Summarium.

1 Societas cōtracta inter aliquos donec voluerint,valet.

5 Instrumentum nisi sit liquidum non meretur executionem statuti.

Consiliū.CXXXVI.

Viso processu inter Gasparē de fantagutijs agentē,ꝛ Bartholomei sylvestri,ac Hieronymum quōdā muccini se defendētes super executione duorū instrumentorū vnius,vcꝫ super summa ducatorū ducētorū,ꝛ alterius super summa ducatorū centū datorū per dictū Gasparē ad negotiādū in arte calegarie ꝛ calzolarie,ꝛ visis bis ꝗ egregie ꝛ copiose allegata sunt per aduocatū reorū,mihi breuiter vr̄ iudicē non debere,nec posse cōmittere petitā executionē dictorū instrumentorū.primo qꝛ per predictū instr̄m primū rogatū anno.M.cccclxvij.die.ij.mēsis Octobris fuit cōtracta societas ꝑ dictū Gasparē cū dictis Bartholomeo,Muccino,ꝛ Hieronymo duratura,donec dicti Bartholomeus, muccinus ꝛ

1 Hieronymus voluerint.Qꝺ quidē fieri pōt.† Nā pōt dispositio obligatoria cōferri in voluntatē debitoris per hec verba s.cū ipse debitor voluerit,seu donec ipse voluerit.l.centesimis.§.fi.ff.de ver.obli.iunctis no.per Bart.ibi in ver.quero quid si nō apponit dictio.cū,sed aliud aduerbiū tpis ꝛc.Et cessante volūtate,puta per mortē dictorum Bartholomei, Muccini,ꝛ Hieronymi,finiret societas, qꝛ ꝑ mortē expirat voluntas.l.iiij.ff.loca.ꝛ declarat Bar.in.d.l.centesimis.§.fi.ver.vlti.formo hic vnā qōnē ꝛc.Et licet alias morte vniꝰ ex socijs finiat societas,quo ad oēs.l.actione.§.morte.ff.ꝓ soc.ꝛ insti.eo.tit.§.soluitur.tñ illud est verum, nisi actū fuerit ꝙ vno moriēte societas duret quo ad superstites,vt legit ꝛ notat in dictis locis ꝓxime allegatis. Sed in ꝓposito nostro ita fuit actū saltē tacite ꝙ idē operatur sicut si expresse.l.triti

2 cū.ff.de ver.ob.l.cū quid.ff.si cer.pet. ¶ † Qꝺ autē ita videat fuisse tacite actum.s.ꝙ duret quo ad superstites,patet per dicta verba instr̄i ibi dum dꝫ,duraturā donec dicti Bartholomeus,muccinus ꝛ Hieronymus voluerint ꝛc.Nā illa pluralitas resoluit in plures singularitates.l.lucius.§.Caio.ff.ad treb.l.si.§.filium.ff.de leg.ij.l.falsa.§.fi.ff.de cōdi.ꝛ demō.l.si chorꝰ.in prin.ff.de leg.iij.nisi rō inequalitatis vitāde aliud suadeat,vt no.gl.in.l.hoc articulo.ff.de here.insti.Et Bal.ꝛ Sal.in.l.Quis.de impu.ꝛ alijs subst.per illum tex.cū gl.vbi de hoc patet exēplum.Et declarat Jo.de imo.in.d.l.falsa.§.j.Ergo perinde est ac si dictus Gaspar cōtraxisset societatē cū dicto Bartholomeo duraturam, donec ipse Bartholomeus voluerit,ꝛ similiter cū Muccino,donec ipse Muccinus voluerit,ꝛ cū Hieronymo donec ipse Hieronymus voluerit.ꝛ ꝑ ꝯñs cessante volūtate dicti Muccini ꝑ eius mortem vr̄ fuisse actū ꝙ duraret quo ad superstites.Et idem videretur dicendū quo ad ꝯm instr̄m centū ducatorū: qꝛ cōfectū est sub pactis dicti primi instrumenti,ad ꝙ refert.Magis tñ ad hoc me mouet ꝙ posito ꝙ dici posset dictā societatē fuisse finitā per mortē dicti Muccini:tñ fuit postea renouata inter dictos Gasparē ex vna,ꝛ dictos Bartholomeū ꝛ Hieronymū ex alia ꝯm formā ꝛ tenorem dicti primi instr̄i societatis,vt cōstat ex instr̄o rogato anno.M.cccclxx.die.xiij. mēsis Julij per ser Petrū mōtis,ꝛ ser Antoniū de Zanolinis notarios.Nā tūc mortuus erat dictꝰ Muccinus, qui decesserat ann.M.cccclxix.mēse Augusti,vt pꝫ ex positionibꝰ ꝛ rñsionibꝰ,de qbꝰ in actis.Et tñ dicti Bartholomeꝰ ꝛ Hieronymus ꝓmiserūt dicto Gaspari stipulāti ꝛ recipiēti bona dicte societatis descripta in quodā inuētario inde cōfecto custodire,ꝛ trafficare,ꝛ de illis facere iuxta tenorē dicti instr̄i societatis rogati per ser Cyrbinū de abbatibꝰ, prout hactenus inter dictas ꝑtes obseruatū fuerat, ꝛ de illis bonis,ꝛ de lucris facere debitā ꝯsignationē dicto Gaspari iuxta tenorē dicti instr̄i societatis ꝛ sic ostēdūt verba dicti instr̄i cōditi dicto anno.M.cccclxx.renouatā esse societatē per dictū Gasparē cū dictis Bartholomeo ꝛ Hieronymo duraturā,donec ipsi Bartholomeus ꝛ Hieronymꝰ voluerint,sicut cōtinebatur in primo instr̄o,ꝛ licet ibi etiā exigeretur voluntas dicti Muccini,tñ in hac renūciatione nō pōt adaptari

3 ꝙ attēdat volūtas Muccini,cū iam mortuus esset:† ꝛ ideo relatio facta in dicto instr̄o cōdicto anno.M.cccclxx.ad primū instr̄m societatis intelligit facta quo ad ea ꝗ adaptari possunt.l.j.§.lex falcidia.ꝛ ibi no.Bar.ff.ad.l.fal.c.fi.ꝛ ibi no.doc.de statu mona.c.indēnitatibꝰ.§.antepe.ꝛ pe.de elect.lib.vj.Ad cōfirmationē dicte renouatiōis societatis ēt accedit ꝓbatio facta per nōnullos ex testibꝰ ꝓductis pro parte reorū.maxime ꝑ fratrē Joannē de grossis ꝛ Thomā matthei ꝛ Augustinū Baltasaris de sancto Archāgelo,qui deponūt ꝙ dictus magister Gaspar post mortē dicti Muccini dixit ꝓdictis Bartholomeo ꝛ Hieronymo ꝙ ꝓseqrent societatē in arte calzolarie.Ex quibꝰ oībus apparet ꝛ ꝓsertim ex instr̄o ꝓdicto cōdito ann.M.cccclxx.die.xiij.Julij.Jn quo facio fortissimū fundamētū:qꝛ ibi cōstat limitate de die cōfectiōis dicti instr̄i ꝛ qualiter fuerit facta renouatio societatis ꝙ non potuit peti executio dictorū primorū instrumentorū societatis, ꝙuis in eis cōtineat ꝙ predicti obligati ꝓmiserint omnia ꝛ singula cōtēta in dictis instrumētis obseruare ad omnē volūtatē dicti Gasparis:qꝛ intelligitur ꝙ capitale positum in societate debeat tantū teneri ꝛ trafficari durāte societate:qꝛ alias dictū instrumētum cōtineret repugnātiā: quod esse

qd esse non dz prima cōstitutione.C.§.quib⁹.⁊ in.c.cū tu.de testi.⁊ notat Bar.in.l.scripture.C.de fi.instru.Vel etiā finita societate intelligitur nisi renouata sit societas, qꝛ posteriora derogāt priorib⁹.l.pacta nouissima.C.de pac.l.si quis ante. ff.de acqui.pos. ¶ Nec obst.si diceretur qd statutū sub rubrica de instrumētis ad volūtatē nō permittit ꝯ executionē dictoꝝ instroꝝ opponi,nisi aliquas exceptiōes,inter quas nō vꝫ contineri ista exceptio renouate societatis: qꝛ respondeo qd aut societas predicta nō fuit vnquā finita,⁊ res expedita est qd nō pōt peti executio. Aut fuit finita,⁊ negari non pōt

4 qd fuit renouata,vt.s.dixi: † vnde per hmōi renouationem videtur capitale in vna manu restitutū dicto Gaspari, ⁊ in alia manu postea datū dictis Bartholomeo ⁊ Hieronymo ex causa noue societatis.l.singularia.in fi.ff.si cer.pe.⁊.l.l3.§. quoties.ff.de iur.dot.Et per ꝯ̄ns ista videt̄ esse exceptio solutionis,⁊ satisfactiōis,que est permissa a statuto. Preterea dictū instr̄m societatis,cū nō esset liquidū tpe ꝓductiōis,salt ē ex eo qꝛ nō constabat ex inspectione instrumenti finitā esse societatē,erat liquidandū antequā executioni mādaret̄.l.ij.⁊ ibi notat Bar.C.de sen.que sine cer.quanti.⁊.l.defensiōis facultas.C.de iure fis.lib.x.⁊ no.per Bar.post gl.in.l.j.in prin. ff.de edē.⁊.l.proinde.§.notādū.ff.ad.l.aquil.⁊ in.l.j.in fi.ff.de

5 leg.ij.cum si. † Unde qn̄ statutū permittit solū opponi posse exceptionē aliquam,puta solutionis ad impediendam execu

a tionē instri non h3 locum qn̄ instr̄m non est liquidum, [a] quia tunc possunt opponi alie exceptiones per quas impedit̄ seu impugnatur liquidatio instri. Ita signanter decidit Bal.in l.ij.C.de execu.rei iudi.in vlt.q.in ver.modo quero de alia.q. dicit statutum ⁊c.Et Pet.de ancha.in.c.canonum statuta. de consti.in ver.iuxta hoc mēbrū.⁊ Jo.de Jmo.in.l.fi.in.ix. vel.x.col.ff.a qui.appel.non licet.Ergo si actor ad liquidandū instr̄m habebat deducere,⁊ ꝓbare dissolutā esse societatē,potuit hoc ad impediēdū deduci,⁊ ꝑ parte reoꝝ societatē nō esse dissolutā,vel ex eo qꝛ nunq̄ dissoluta fuerit,vl̄ posito qd finita fuerit etiā fuit renouata. ¶ Nec obst.etiam si diceret̄ qd dicti rei cōuēti ꝯfecerunt capitulis,⁊ cōuētionib⁹ societatis emēdo frumētū de pecunijs dicte societatis,vel mutuādo de pecunijs societatis,vel emēdo follicellos,vel ꝯhendo aliā societatem cum Andrea de armis ⁊c.qꝛ dico qd posito qd predicta etiā nō fuissent facta de volūtate dicti magistri Gasparis:tn̄ nō habēt obstare,maxime qꝛ non apparet qd ꝑdicta facta fuerint post tp̄s renouate societatis, de qua apparet instr̄o perogato de ann.M.cccclx.de mēse Julij. ¶ Preterea ꝙ dicti socij se intromiserint circa emptionem follicelloꝝ de volūtate dicti Gasparis,satis ptꝫ ex scriptura manu ꝓpria dicti Gasparis,per q̄ confitet̄ etiā habuisse partē suā lucroꝝ ex dictis follicellis ⁊ alijs, prout in dicta scriptura cōtinet̄:⁊ dictus Gaspar confessus est responden-

6 do positionibus dictam scripturā esse de manu sua,† ⁊ licet subiungat ꝙ tn̄ per errorē fecit dictam scripturam propter promissionē partis aduerse,q̄ postea non seruauit promissa, tn̄ hoc non impedit quin dicta scriptura intelligat̄ recognita per dictū magistrū Gasparē,cū non probauerit de dicto errore,prout sibi incūbebat per notata in.l.si quidē.C.de ex ce.⁊ notat̄ maxime p Cy.⁊ Bal.in.l.ij.C.de donat.ante nup. Et per Bar.in.l.aurelius.§.idē quesit.ff.de libe.leg.cū suis multis cōcordantijs.Et q̄uis etiā dicti rei cōtraxissent aliā societatē cū Andrea de armis,nō sequit̄,ergo cōtrafecerunt cōuentis cū dicto magistro Gaspare alio nō ꝓbato.l.duorū libertus.ff.de ope.libe.l.assumptio.§.viris prudētibus.ff.ad muni. ¶ Per predicta etiā patet non obstare si diceretur ꝙ dicti rei cōuēti non reddiderunt rationē administratiōis in fine cuiuslibet anni ſm tenorem dicti instrumēti:qꝛ respondetur ꝙ renouata dicta societate ann.M.cccclxx.mēse Julij,nō trāsiuit postea annus ꝙ dictus Gaspar cepit mouere litē inuiste cōtra dictos reos,penes restitutionē capitalis eo ꝙ finita esset societas per mortē dicti Muccini, ꝙ quidē sic

7 peti non debuit per superius dicta, † ⁊ ideo dicit̄ stetisse per dictū actorē ꝙ ratio administrationis dicte renouate societatis non redderet̄ postq̄ actor maluit litigare cōtra formā dicte renouate societatis.ita ꝓbat̄ in.l.qui rome.§.seia.ſm intellectū Bart.⁊ doc.ff.de ver.obli.facit.l.nemo rem suā.§. si post.cum gl.e.ti.⁊ quādiu durauit lis ⁊ questio super dicta societate,an esset finita seu renouata,vel nō:nō currebat annus dictis socijs ad reddendā rationē administrationis, vt probatur in.l.q̄diu.C.qui admi.ad bon.pos.possunt. ¶ Ex quib⁹ cōcludo dictā executionē ita petitā non esse cōcedendam,vt victū victori in expēsis condēnādum:iuxta.l.properandū.§.si autem alterutra.C.de iudi.Sanctius igitur esset prosequi societatē renouatā, ⁊ petere reddi sibi debitam rationem administrationis,ſm ꝙ ex superius dictis ac ex dictis instrumentis colligitur. Alex.tar.

Consilium. CXXXVII.

Lege.s.lib.ij.consi.lxxviij.quod hic duplabatur.

Epitome.

¶ Donatum ab auo nepoti non intelligitur in dubio contēplatione patris, sed nepotis datum.1.2.Nec inter fratres simul habitantes presumitur contracta societas, siue viuo, siue mortuo patre.

Consiliū. CXXXVIII.

Ponderatis his que in dicto instrumēto donationis,ac in premisso themate continent̄,Sentio breuiter omissis non necessarijs cōcludendū esse dictū Franciscū non teneri pro aliqua parte dictis eius fratribus ad cōmunicandū, vel consi-

1 gnandum de rebus sibi a dicto auo paterno donatis: † qꝛ illud ꝙ nepoti ab auo paterno confert̄ etiam viuente adhuc patre nepotis,non dicit̄ esse profectitiū.Et sic non censetur prefectū a patre nepotis in eum:nec etiā ab auo intelligitur contēplatione patris esse concessum,sed censetur esse mere ⁊ pure aduentitiū,⁊ tanq̄ aduētitiū q̄rit̄ ipsi nepoti:vt notatur in.l.quesitum.in prin.⁊ ibi notat hoc Bar.ff.de leg.j.vbi etiam pro hoc allegat id ꝙ habet̄ in.l.a filio.eo.ti.Hoc idem voluit gl.in.l.qui in aliena.§.interdum.in ver.facit heredē. iuncto tex.ff.de acqui.here.⁊ illā sequitur ibi Bal.reputans hoc esse no.dignū.Idē tenet ibi Ang.Raph.cu.⁊ Lud.ro. sequit̄ hoc etiā Bar.in.l.gallus.§.ꝙ si is.ff.de lib.⁊ posth.in questione quam ibi ponit de nepote spurio.⁊ Ang.⁊ Jo.de imo.in.d.l.quesitū.in prin.Ita etiā fuit de mēte gl.in preal. l.gallus.§.quidā recte.in gl.mag.ibi dū glo.dicit,sed quidā dicunt ⁊c.Et ibi no.illam gl.Rapha.cu.Idem etiam tenuit

2 Bal.in.l.certū.in fi.C.fa.ercis.† vbi voluit ꝙ in dubio talis

b cōcessio presumat̄ facta ꝓpter merita nepotis, [b] cui donat̄: nō aūt ꝓpter merita patris.allegat.l.nec adiecit.ff.ꝓ socio. bene faciūt no.per Bar.in.l.si vero.§.itē quicquid.cum suis cōcor.ff.sol.ma.Et bonus tex.in.l.fi.in fi.cū ibi no.per Bar. C.de vsufr.⁊.l.iij.in fi.ff.de interdi.⁊ releg.Et ꝙ ita fuerit de mēte dicti aui donantis etiā cōprobatꝛ:qꝛ in eodē instrumento donationis dictus Aluisius donator:donauit alīū dimidietatē dicte apothece cuidā Bartholomeo recipiēti vice ⁊ noīe Masij filij dicti donatoris.vn̄ si voluisset donator illō ꝙ donauit Mattheo philippi recipiēti noīe dicti Frācisci nepotis dicti donatoris acqri Tonio patri dicti Frācisci: id est alteri filio dicti donatoris, eodē mō dixisset in donatione,quā fecit dicto Mattheo,sicut dixit in donatione, q̄ fecit dicto Bartholomeo:qꝛ dixisset ꝙ donabat Mattheo recipienti nomine dicti Tonij filij ipsius donatoris, ar.c.ij. de transla.prela.ibi dum tex.dicit,vnde si circa translationē idē fieri voluisset.ꝙ de cessiōe dixerat,⁊ de trāslatiōe poterat expressisse. ¶ Nec ad hoc obst.tex.in.l.dedit dotem.ff.de col. bon.⁊ qd ibi no.doc.Quia rn̄detur ꝙ ibi intelligitur qn̄ constabat ꝙ auus dedit dotē nepti ex filio cōtemplatiōe filij,vt ibi innuit tex.in ver.ꝓpter me.ꝓbat̄ in.l.auus.in prin.cū gl. s.de iur.do.iūcta.d.l.dedit.⁊ ita rn̄dit Jo.de imo.in.d.l.qn̄

3 tum.in prin.⁊ Lud.ro.in.d.§.interdū.† vel etiā pōt responderi ꝙ illa.l.dedit.cū ibi no.per doc.loquit̄ qn̄ auus dat ali

c quid nepoti vel nepti ex filio ad ꝙ obligabat̄ [c] pro filio: seu ꝓpter filiū,vt est ibi in dote,vt.l.⁊ ideo.§.fin.ff.de in rē ver.⁊ l.ꝑfectitia.§.si filiusfamilias mutuat⁹.ff.de iure dot.Auus eī tenet̄ dotare neptē ex filio ꝓpter filiū,nō ꝓpter se:ptꝫ,qꝛ si fili⁹ est diues,auus non tenet̄ tunc dotare neptē ex filio,vt signāter cōcludit Bal.in aut̄.res que.C.cōia de lega.per.d.l. dedit.⁊ per no.per Jac.de are.⁊ Bar.in.l.nōnunq̄.ff.de libe. agno.Et ita etiam tenet Salic.in.l.filiusfamilias si in id.ff. ad mace.secus aūt est qn̄ auus dat nepoti aliqd ad qd nō sit arctatus ꝓpter filiū,vt in casu nostro,qꝛ tunc cessat dispositio.d.l.dedit.Et equitas propter quam ibi fuit motus iurisconsultus,vt dicit̄ ibi in tex.occurrit equitas ⁊c.Et istam responsionē videt̄ etiā amplecti Rapha.cu.in.d.§.interdum. ¶ Et per hec sit satisffactū primo quesito concernēti res dicto Frācisco donatas.Nec pn̄t heredes patris dicti Fran-

a ¶ Liquidū.s.li.iij.ꝯsi.xc.col.ij.j.lib.vj.consi.lx.

b ¶ Nepotis.s.li.iiij.consi.lxxxix.nu.6.Sꝫ vide.j.eo.consi.clxxix.

c ¶ Obligabatur.hec vera solutio vt dixi.s.lib.iiij.consi.xxxj.nu.5.

cisci aliquid petere a dicto Frācisco pro vsufructu dictarū rerum donatarū Francisco, qz etiam posito qd post mortem aui aliquo tēpore vixerit pater Frācisci: & per consequens ꝙ vsufructus dictarū rerum donatarū pro tempore quo post mortē dicti aui vixit pr̄ dicti Frācisci, spectare debuerit ad dictū patrē Frācisci in cuius erat potestate ipse Frāciscus iuxta. l. cū oportet. & l. fi. C. de bo. que libe. Tamen quia pater dicti Frācisci passus fuit dictū Franciscū tenere, & vsumfructū percipere de rebus, vt. s. donantis, videtur remisisse & donasse dictū vsumfructū Francisco. & talis tacita donatio seu remissio tz: vt. d. l. cum oportet. §. si autē. C. de bon. que liber.

4 ¶ † Quātum vero ad fin dubium quo queritur an fratres dicti Frācisci quicquā petere possint de alijs rebus acquisitis per ipsum Frāciscū tēpore quo seorsuz habitauit ab eis, etiā sentio proculdubio nihil eis deberi. Nam si Franciscus acquisiuit aliquid viuēte patre suo, a quo etiā seorsum habitabat, illud nō intelligitur esse cōmune omniū fratrū ipsius Frācisci, imo proprietas ptinuit, & pertinet ad ipsum Franciscū tantū. per. d. l. cum oportet. in prin. Et fortius dicit ibi Bal. in. iij. col. in ver. quero quare fratres &c. ꝙ etiā si in communi familia habitabat filiusfa. cū patre & fratribus. nō intelligitur filius negotiādo contrahere societatem aut cōmunionē cū fratribus suis: qz viuo patre queritur vsufructus patri: & ideo filius videt negotiari patri, non autē fratribus. Itē qz alij fratres non referebant questū huic fratri, sed ipsismet aut patri. Quo casu dicit ibi Bal. non potest intelligi contracta societas inter fratres. ita etiam in effectu voluit

5 Bal. in. l. certū. C. fa. ercisc. in. ij. col. Ubi inquit † ꝙ patre viuēte fratres simul stātes nō presumūtur socij, sed psumunt potius simul stare cōteplatione patris, quē sequūtur. ar. l. cum simus. §. fina. C. de agri. & censi. li. xi. & ita etiā voluit Bal. in. l. cū duobus. §. si fratres. in lectura antiqua. ff. pro soc. & in addi. quas fecit ad tractatū Bar. de duob⁹ fratribus. Et posito ꝙ ratione vsufructus dictorū bonorū acquisitorum per Franciscū aliquid potuisset peti per patrē dicti Francisci. Tamen qz nihil petitū fuit, videtur fuisse remissum per. d. §. si autē. ¶ Si etiā acquisiuit Franciscus aliquid mediante industria, vel opera sua. Aut ex rebus aduētitijs post mortē dicti patris sui, & adhuc dicēdū est eum non teneri communicare fratribus a quibus presupponit ꝙ seorsum habitabat: vt pbat in. d. l. cū duob⁹. §. papinianus. alias incipit, si fratres. ff. pro socio. & l. ex patre. §. filius. ff. fami. ercisc. Dato ēt ꝙ cōis remāsisset hereditas paterna inter eos, & cōmuniter possideret: vt ibi probatur, nisi constaret qd communiter negotiarentur, & in cōi conferrent vndecunqz obuenientia: prout declarāt Bar. & alij doc. in. d. §. papinianus. & in. l. si patruus. C. cōmu. vtri. iudi. & in. l. titium & meuiū. §. altero. preallegata. Et Bal. in dictis addi. cum suis concordātijs.

Epitome.

¶ Ut vnus sociorum alios obliget requiritur nō solum qd sit ab eis expresse vel tacite prepositus sed etiam ꝙ contrahat nomine communi.

Consiliū. CXXXIX.

Perspectis scripturis priuatis tam inter Bartholomeum Jacobi suo noīe pprio ex parte vna, & Federicū Andree ex alia quā etiam postea inter dictum Bartholomeum ex vna, ac Herium & Leonardū ex alia. Uisoqz statuto sub rubrica ꝙ quilibet sociorum teneat ad debita contracta insolidum. Uisis his que eleganter & recte super primo dubio allegata sunt per eximium dnm̄ consulētem dnm̄ Dominicum bon. mihi fratrem dilectissimū, & quondam discipulum meū acutissimum. ¶ Circa primum quo queritur an dicti Herius & Leonardus sint obligati insolidū sine aliquo modo dictis creditorib⁹ societatis Bartholomei & Federici, omissis nō necessarijs puto de iure dictos Heriū & Leonardū nullatenus obligari creditoribus dicte societatis Bartholomei & Federici pro debitis descriptis libris, pxime dicte societatis siue inspiciamus dispositionē iuris cōis, siue dispositionem dicti statuti ꝙ probatur sic. † Ad hoc vt ex facto vnius sociorum teneat alius, de iure cōi requiritur [a] non solum ꝙ vnus sit prepositus ab altero tacite vel expresse. l. j. §. fi. cum tribus. ll. sequentibus. ff. de exercito. l. eius qui in prouincia. in fi. ff. si cer. pet. & no. doc. in. l. cum te galeam. C. si cer. pe. Et melius per Bar. in. l. eandem. in prin. in. vij. q. ff. de duo. re. & i. l. si tñ plures. ff. de exercito. & in. l. pe. circa mediū. ff. de stip. ser. & p Bal. in rub. C. de exerc. ad fi. & in. l. si prediū. in. iiij. col. C. de edil. act. Sed etiā requiritur ꝙ ille socius qui cōtractū fecit, fecerit nomine istorum sociorū, quos isti creditores seu cōtrahentes cōuenire volunt. ita voluit Bal. in. l. iure societatis, que est. l. antep. ff. pro socio. in lectura antiq. facit. l. j. §. non autē. & l. fi. ff. de exerci. & l. ei qui. in fi. cum ibi no. C. quod cū eo. & l. si vnus. §. j. ff. pro socio. sed iste Federicus nō cōtraxit noīe Herij & Leonardi cū quibus ipse nullā contraxerat societatē: ergo ipsi nō sunt obligati. & dato ꝙ a principio titulus librorū societatis 3cte inter Bartholomeū & Federicū cātaret in persona dictorū Bartholomei ac Federici & sociorū: tñ dicti Herius & Leonardus assumpti in socios solū p dictū Bartholomeū, nō dicebant esse socij dicti Federici.

2 l. qui admittit. cū quatuor legib⁹ seq. ff. p soc. † Nā socius socij mei socius me⁹ nō est. sic & vasallus vasalli mei non dr̄ esse vasallus meus, vt inquit gl. in. l. modestin⁹. ff. de ver. sig. Et libertus liberti mei nō est libertus meus, vt ibi, & l. pater. §. duob⁹. ff. de leg. iij. cū si. Et pt3 manifeste ex conuentionibus initis inter dictos Bartholomeū, Heriū, & Leonardū: qz cōmunicarūt adinuicē solū partē pertinētē ad Bartholomeū. nihil aūt actū est inter eos de parte pertinente ad Federicū: nō pōt ergo videri ꝙ fuerit per Federicū aliquid gestū noīe Herij & Leonardi: licet fuerit gestum noīe ipsius Federici & Bartholomei. seu noīe societatis dictorum Federici & Bartholomei. Cū alia sit societas Bartholomei, Herij, & Leonardi: & alia sit societas Bartholomei & Federici, vt dictum est. ¶ Nec ēt dici pōt ꝙ dictus Federicus potuerit ex suo 3ctu obligare creditorib⁹ societatis dictos Heriū & Leonardū tāqꝫ ppositꝰ a dictis Herio & Leonardo: qz nō est verū ꝙ fuerit ppositꝰ ab eis, s3 a Bartholomeo. Et sic neutrū eorū, q̄ requirunt de iure cōi: ad hoc vt ex 3ctu vnius ex so-

3 cijs obligetur, alius interuenit in casu nostro. ¶ † Cōfirmātur pdicta per ea que tradūtur per Bal. in. l. si patru⁹. C. cōmu. vtri. iud. circa pen. col. vbi querit: pone ꝙ duo sunt fratres socij omniū bonoꝝ: vnus 3ducit vnā gabellā, & pmittit certā pecuniā. ali⁹ frater: qui non cōduxit cōtrauenit, an teneat? & dicit ꝙ nō: qz ipse non obligabatur ex illo 3ctu. allegat. l. iure societatis. ff. pro so. multominus in casu nostro de iure cōi obligari debuit Herius & Leonardus, qui nō erant socij dicti Federici, vt dictū est. ¶ Preterea dato ꝙ Bartholomeus illud ius societatis qd habebat cū Federico pro pte trāstulerit in dictos Heriū & Leonardū: tñ actio psonalis, qua tenebant Federic⁹ & Bartholomeus, nō trāsit passiue in dictos Heriū & Leonardū. l. fi. §. fi. ff. de 3hen. emp. l. ij. C. de here. vel act. ven. ¶ Ex pdictis etiā euidenter apparet dictū statutū in ver. si vero aliqs &c. nō obligare dictos Heriū & Leonardū: qz statutū loquit de debito descripto in libro illorū sociorū quos vel alterum eorum vult creditor conuenire insolidū. Sed dicti libri sunt libri Bartholomei & Federici, ac sociorū ipsorū Bartholomei & Federici. Dicti aūt Herius & Leonardus nō sunt socij dictorū Bartholomei & Federici, sed Bartholomei per se, vt iam dictū est: ergo &c. ¶ Qd aūt dicti libri & contenta in eis intelligātur de socijs nō Bartholomei tñ, sed de his qui sunt socij Bartholomei & Federici simul, pt3: quia dr̄ ꝙ cantant sub noīe Bartholo-

4 mei ac Federici & socioꝝ. † nā illa qualitas importata per illa verba, & sociorū post denominationem vtriusqz, sc3 Bartholomei & Federici, refert ad personā vtriusqz nominati. l. mulieri & Titio. cū ibi notatis p Dy. & Bart. ff. de cōdi. & demō. Et per Bar. in. l. Julius Paulus. co. ti. facit. l. iam hoc iure. ff. de vul. & pu. & l. quāuis. cū ibi no. C. de impu. & alijs substi. Et per hoc est responsum ad omnes particulas dicti statuti si bene inspiciatur. ¶ Ex qb⁹ cōcludo dictos Heriū & Leonardū non teneri creditoribus societatis dictorū Bartholomei & Federici, saltem quatenus id pro quo cōuenirent non fuisset conuersum in vtilitatem dictorum Herij & Leonardi. iuxta. d. l. ei qui. in fi. C. quod cum eo. ¶ Quatenus aūt teneant Herius & Leonardus dicto Bartholomeo dicā in sequēti dubio, in quo queritur. An attēto qd dictus Bartholomeus a dictis creditorib⁹ pōt insolidū cōueniri virtute dicti statuti, teneant dicti Herius & Leonardus subire dimidiam dicti totius dāni, qd h3 subire dictus Bartholome⁹, & hoc vigore cōuētionū inter eos initarū. An vero teneant solū dicti ambo, sc3 Herius & Leonardus subire tñ quartam partē totius dāni, & hāc scdam partē puto de iure verissimā, & meo iudicio indubitabilē: qz verba dictarū cōuētionū clara sunt, dū aperte sonant ꝙ Herius & Leonardus de vtilitate

a ¶ Requirit. s. l li. ij. consi. cxlvij. a nu. l. Deci. consi. xcviij.

tate secutura ex dicta negotiatiõe habeãt solidos quinq3 p libra,⁊ sic quartã partẽ, ⁊ dictus Bartholomeus tantũdẽ. Et eodẽ mõ dr ibi debere diuidi dãnum si q̃ sequeretur. Et cõstat q̃ quinq3 solidi sunt tantũ quarta vnius libre, vt etiã ex dictis scriptis apparet, hoc etiã pbaẽ esse verũ per id qd habeẽ insti. de socie. §. illud. vbi illud q̃ inter socios est cõuẽtum, ⁊ puisum fieri in lucro dz ẽt intelligi esse puisum, quo ad dãnũ. Sed ita est q̃ pdictis ambob⁹ Gerio ⁊ Leonardo nõ debeẽ nisi vna quarta pars lucri, vt clare apparet ex dictis scripturis, ⁊ aduersarius hoc non inficiabiẽ: ergo idẽ dz esse cõuentũ in damno. ⁊ si aliquo mõ verba possent dici esse dubia, tñ dz fieri interpretatio ꝯ Bartholomeũ qui ad pbationẽ intẽtiõis sue adducit dictas scripturas. l. veteribus. ff. de pac. c. in psentia. de pba. Tñ in veritate meo iudicio verba sunt clarissima. ¶ Nec ob. q̃ isto casu sequeretur q̃ Bartholome⁹ plus incõmodi sentiret, q̃ dicti Geri⁹ ⁊ Leonardus, qz respõdeẽ q̃ hoc cõtingere potest vel ex eo qz ipse pposuit dictũ Federicũ, qui gessit nomine ipsius Federici, ⁊ Bartholomei socij sui nõ noĩe Gerij ⁊ Leonardi, q nõ erãt socij dicti Federi: ⁊ hoc p ea que dicta sunt in primo dubio. ¶ Itẽ hoc cõtingit ex dispositione dicti statuti, cui subijcitur dictus Bartholome⁹ tanq̃ socius illi⁹ societatis, in cuius libris sunt descripti dicti creditores, sed illi statuto non subijciunẽ dicti Leonardus ⁊ Gerius, vt probaui in primo 5 dubio. †qualitas ergo q̃ est in persona vnius, ⁊ nõ in persona alterius facit vt aliter iudiceẽ de vno quam de alio. l. is q ope. ff. de fur. l. ij. §. non tm̃. ff. de incen. rui. nau. cum simi. Et dispositio dicti statuti in aliquo nõ aggrauat dictos Geriũ ⁊ Leonardũ: quia solum prouidet an creditores societatis possint quẽlibet sociũ insolidũ cõuenire: nõ aũt prouidet an vnus socius possit vel nõ possit cõuenire aliũ cõsocium pro aliqua parte indẽnitatis, ⁊ sic casus iste, vt omissis, remanet in dispositione iuris cõis. l. commodissime. ff. de libe. ⁊ posth. l. si extraneus. cum vulgaribus. ff. de cõdi. ob cau. ex his concludo ambos predictos Gerium ⁊ Leonardũ ad solã quartam damni dicto Bartholomeo obligatos esse.

Summarium.

1 Interpretatio fit contra eum qui se fundat in verbis.
2 Possessoris in dubio melior conditio. nu. 3.
4 Mistum sub simplicibus non comprehenditur in his que sunt stricti iuris.
8 Ecclesia vna si vnitur alteri, subijcitur vni. ⁊ eius priuilegia ⁊ leges acquirit socijs si eque principaliter vniatur. nu. 12.
10 Visus communis loquendi ⁊ intelligendi attenditur.

Consilium. CXL.

in villa sancti Sylvestri, locatã dicto Frãcisco, et emptã post testm̃. Ergo cessare dz p̃sumptio, q voluerit in aliqua parte adimere dictũ legatũ relictũ Antonio, qz qua rõne nõ debet in dubio p̃sumi adẽptio toti⁹ legati: vt dixi supra, ita nõ dz presumi ademptio partis, si alia cõiectura capi potest, et verba patiantur. ar. l. que de tota. ff. de rei ven. ¶ †Scd̃o confirmatur: qz testator in codicillis locutus est in singulari, dicendo q legabat vxori possessionem ipsius testatoris positã in villa et territorio sancti Sylvestri, quã tũc laborabat dictus Franciscus cũ omnibus domibus et petijs terrarũ ipsi possessioni spectantibus et pertinentibus. cũ igit testator tẽpore codicillorum haberet duas possessiones in dicta villa, quas pariter laborabat dictus Frãciscus seu eius familia, et nõ cõstet aliter de qua senserit nõ debet vxori et successiue cõsortio vtraqz. l. apud iulianũ. §. seio. et l. si quis a filio. §. si qs plures. ff. de lega. j. ¶ †Tertio confirmatur: qz vbi verba legati sunt ambigua, recurrendũ est ad exquirẽdã voluntatem testatoris ex cõiecturis, scz inspecta qualitate p̃sone legatarij et ad precedentia et sequentia. l. si seruus pluriũ. §. fi. ff. de leg. j. l. pe. ff. de ali. leg. Sed testator in testõ quantũ est respectu possessionis empte ab illustri domino Mãtue ostendit se dilexisse Antonium pomponatium magis quã vxorem testatoris et consortium: ergo non debemus in dubio interpretari. qd testator voluerit in codicillis preferre dictã eius vxorẽ et cõsortiũ dicto Antonio, de quo nullã mẽtionẽ facit, nullũqz odiũ erga ipsum demõstrauit. et istud cõfirmatur: † qz quis presumit persistere in priori voluntate nisi ille q allegat mutationem voluntatis, illã euidẽter p̃bet. l. cũ hic status. post prin. ibi dum dicit, si appareat euidenter testatorem mutasse volũtatẽ &c. ff. de do. inter vi. et ibi notat Bar. in. l. cũ tacitũ. ff. de proba. c. maiores. ad fin. et ibi notatur de bapt. Nec presumit qd dictus Antonius cõmiserit causam odij aut ingratitudinis, propter quã testator ipsi Antonio qui erat de agnatiõe sua, debuerit adimere dictum legatum. l. cũ quidã ita. et l. cũ pater. §. rogo. ff. de leg. ij. et l. seruos. ff. de manu. testa. et ibi notatur. et l. omnimodo. C. de inoffi. test. ergo presumit in dubio testatorẽ non mutasse in codicillis volũtatem suam, quã expresserat in testõ circa legatum Antonij. ¶ Quarto: quia testator alijs legatarijs quibus in testamento, legauerat, et qui erãt cõiũcti testatori in eodẽ gradu cõsanguinitatis et charitatis, nõ ademit in codicillis legata, que eis in testamẽto reliquerat: ergo non est in dubio presumendum q testator magis Antonio adimere voluerit q̃ ceteris. Nã ratione paritatis cõiunctionis sanguinis presumitur eos pariter dilexisse, et non magis velle vni legatum conseruare, q̃ alteri, ar. l. si fuerit. in prin. ff. de reb. dub. iuncta. l. cũ alienã. C. de lega. ¶ †Quinto: qz vbi aliqd in vltima voluntate ambigue scriptũ reperit, benignior iterpretatio accipiẽda est. l. cũ i testõ. et l. quoties. ff. de reb. dub. Sed ademptio in toto vel in p̃te dicitur esse dispositio odiosa, non benigna aut fauorabilis. l. cum quidam. ff. de reb. dub. ergo in dubio non dz fieri interpretatio p quã adimat Antonio legatũ. ¶ Nec p̃dictis obstat si diceret q testator post testm̃ et subsecuta emptiõe possessionis lazarine, dedit dicto Francisco colono vtrãqz possessionẽ, scz illã quã emit ab illustri dño Mantue: quã legauerat Antonio in testamento, et possessionem lazarine quã emit post testamentũ, et vtranqz possessionẽ vniuisse videat, quemadmodum etiã aliqui testes dicere videntur, et sic postea legando vxori in codicillis possessionẽ suã in villa sancti Sylvestri quã tunc laborabat Franciscus, vr̃ vtrãqz voluisse in dicto legato cõprehendere. l. quod in rerũ. §. si post. et l. si ex toto. in prin. ff. de leg. j. et l. Seie. §. tyranne. et qd ibi notat Bar. ff. de fun. instr. leg. † qz r̃ndeo, q lz vtraqz possessio esset locata vni colono, non per hoc iudicatur vna possessio nec huiusmodi venio ad ostendẽdũ q testator habuerit vtrãqz pro vna et eadẽ possessione, sed requirit q appareat quod p vna possessiõe hẽbat, et sub vnico [a] noie appellabat atqz locabat. l. predijs. §. titio. ff. de leg. iij. l. Cai⁹. §. j. de leg. ij. et d. l. Seie. §. tyrãne. sola enĩ simplex locatio q̃ plerũqz fit sub vno nõ magis q̃ alio gratia cõmodioris culture, nõ arguit vnitatẽ vel pluralitatẽ fundorũ. d. l. Cai⁹. §. j. et declarat Bar. in d. l. qd in rerũ. §. si post. et ita procedit illud qd habet in. d. §. si post. cũ glo. ibi in verbo domus exigit qd in fundo, vt de vno fiant plures, fiat aliqua diuisio p regiões p. l. si qs duas. §. si inter. ff. cõmu. pred. et sic fiat aliquis actus factis in fundo. et eadẽ rõne in augmento vnius fundi seu in vnione plurium fundorũ, et requirit aliqs act⁹ facti per quẽ appareat, qd vna pars adijciat alteri. l. cũ fund⁹ nominatim. de leg. ij. et expresse notat Rapha. Cuma. in. l. serui electione. §. fi. ff. de leg. j. vel q sub vno noie et sub appellatione vnius et eiusdem fundi testator habuerit secũdũ: quod habetur in iuribus supra allegatis. Sed nõ reperio legitime p̃batum, saltem per duos testes cõtestes, quod testator tp̃e codicillorũ seu ante, sub vno nomine habuisset vtranqz possessionem predictã. et dicti testes, si bene inspiciantur dicta eorũ, loquunt de vnione facta a testatore scilicet locando Francisco, q̃ locatio simpliciter non sufficit, vt dixi. † et vbi etiã de vnione simplr loquerent, nõ sufficeret: qz testis debet de necessitate cõcludere. c. in p̃ntia. de proba. l. neqz natales. C. de proba. vnde simplex vnio facta p locationẽ gratia cõmodioris culture, i qua verificari possent verba testis nõ sufficeret, vt iam dixi: ergo nõ p̃bãt. Quinimo Mattheus Bosij testis aperte deponit q terras illi⁹ possessionis Lazarine dict⁹ testator nõ appellabat sub denominatione possessionis empte ab illustri dño Mantue, sz sub diuersa. Deniqz testes pro maiori p̃te deponentes de vnione, vident deponere de vnione terrarũ, de qbus in libello. Et in libello nõ vr̃ descripta possessio Lazarine. ¶ Preterea non verosimilia etiam deponere vident dicti testes: quia dicũt quod testator vniuit sub eadem laboratura et cultura dicti Francisci terras emptas ab illustri dño Mantue, et terras emptas ab illis del boscho. et tñ testator in codicillis attestat qd terre ques emit ab illis del boscho, laborabantur per dominium de Crema, vt etiam deponũt testes p̃ducti p parte rei conuenti. Et sic minuitur fides testium actoris iuxta. l. ob carmẽ. §. f. ff. de testa. et c. qz verosimile. de presum. ¶ Quod aũt dictam possessionem terrarũ Lazarine laborauerit familia dicti Francisci, deponũt clare testes producti pro parte rei, et etiam agentes fatẽtur respondendo positionibus rei conuenti. ¶ Non obstat etiã si diceretur, quod attento quod testator in codicillis dixit, qd legabat vxori possessionem ipsius testatoris positam in villa sancti Sylvestri quã tunc laborabat dictus Frãciscus, cũ omnib⁹ domibus et petijs terrarũ ipsi possessioni spectãtib⁹ q p hoc apparet de necessitate comprehendi possessionẽ legatã in testamento dicto Antonio, qz possessio Lazarine, q̃ laborabatur per Franciscũ, nõ habebat nisi vnã domũ: ergo debet intelligi de alia possessiõe legata Antonio, in qua erãt alie domus. arg. l. fi. ff. ad Treb. cũ si. Quia respondeo, quod imo in possessiõe terrarum Lazarine sunt due dom⁹, vt attestant testes rei cõuenti. et posito q testes actoris dicãt, quod ipsi habent illud edificiũ pro vna domo tãtũ, licet vna pars sit altior altera: et domus illa habeat duos introitus et duos exitus: tñ attẽto quod testes rei dicant quod a dicto Petro Bono denominabantur pro duabus domib⁹, vt deponit dictus Mattheus et Zaminus Sapiotus † est attendẽda cõsuetudo seu vsus loquẽdi ipsius testatoris. l. numis. ff. de leg. iij. et d. l. si seruus plurium. §. fi. ¶ Nã et de vna domo due cõstituuntur: scilicet pariete vno interposito in medio. l. si quis duas. §. si quis parietẽ. ff. commu. pred. et d. l. quod in rerum. §. si post. Item r̃ndeo, qd si bene aduertat, pro parte rei sunt nouem testes deponẽtes quod sunt due domus, et quod pro duabus appellatur. Ex aduerso fuerunt produci testem testes, sed vnus est qui nihil cõcludenter deponit, scz ser Antonius de Bredellis, qñ dicit quod potuisset ibi esse vna alia domus, quod ipse testis nesciuisset, et si remanent pro parte actoris solum nouem testes, vnde in pari numero preferent testes rei ceteris parib⁹. capitulo, ex literis. de p̃ba. Ac etiã cum testes rei deponãt sup affirmatiua, et testes actoris sup negatiua scilicet q non erat nisi vna domus † ceteris paribus preferuntur testes deponentes super affirmatiua, vt est glo. not. c. j. in glo. fi. de presump. in. vj. Et notat Baldus in l. actor. C. de proba. et in. l. ij. in vltima col. C. de rescin. vendi. et Ioan. de Imo. in. l. inter pares. ff. de re iudi. facit quod notatur in. l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. et quod habetur in. c. cum ecclesia. de causa possessionis et proprietatis. et in. c. bone. el. j. per Ioannem Andream de electione. Ex quibus concludo non esse derogatum legato relicto dicto Antonio. Alexan.

Margin numbers: 5, 6, 7, 8, 9, a (left column); 10, 11, 12 (right column).

[a] ¶ Vnico. [struck through] An. tiraq. in cõsue. picto. tit. retrac. §. xxxvj. gl. iij. nu. 4.

Epitome.

¶ Testator legauit fundũ Geminiano et Antonio filijs suis, seu premortui vel premortuorũ ex eis liberis in stirpez, mortuo patre ex diuisione bonorum facta inter dictos duos filios fundus iste obuenit Geminiano. deinde prior decedit Antoni⁹ cũ liberis, et nouissime Geminian⁹ sine liberis relicto extraneo herede, a quo liberi Antonij petũt fundũ iure fideicom. Respon. Alex, q non possunt: qz non fuerunt substituti nisi vulgariter. que substitutio semel euanuit.

Consilium. CLXX.

Inspectis verbis testati dicti Nicolai, & his q̃ in themate, puto q̃ descẽdentes dicti Antonij nõ possint agere cõtra dictum Jacobũ Guarescũ aut contra dictas moniales hñtes 1 causam ab eo, † & primo quia a verbis testamẽti in dubio nõ est recedendũ. l. nõ aliter. ff. de leg. iij. l. si alij. ff. de vsufru. leg. Sed testator in testamẽto dixit, qđ iure prelegati relinq̃bat Geminiano & Anto. filijs suis legitimis & naturalib⁹ equaliter, seu premortui ex eis seu p̄mortuorũ eorũ liberis masculis in stirpem talẽ possessionẽ ipsius testatoris &c. Nam pondero q̃ testator locutus est per participiũ premortui, seu premortuorũ, quod est participium preteriti temporis, vt per 2 Priscianũ & ceteros grãmaticos tradit̃. † & dispositio testatoris concepta per verbũ presentis vel preteriti tp̃is, nõ trahitur ad futurũ regulariter. l. si ita scripsisset. ff. de leg. ij. l. si ita. & ibi no. Bar. maxime in. j. q. ff. de auro & ar. leg. facit. l. cũ 3 stipulamur. & l. si a colono. ff. de ver. obli. † Quinimo etiã q̃n sine vllo tempore profertur dispositio testatoris, habetur respectus tantum ad tempus presens,[a] non ad futurum regulariter p. d. l. si ita. siue circa res siue circa personas fiat dispositio: nisi quando alias vitiaretur testamentum, si futura nõ cõprehenderent̃: vt in prealleg. l. si ita. cum ibi not. per glos. & doc. dum respondent ad. l. placet. ff. de liber. & posthu. qđ ibi comprehenditur futurum: q̃r alias testamentum redderetur nullum. & no. Bar. in. l. si cognatis. ff. de reb. dub. ¶ Ex his infertur, q̃ inspecta vera & propria significatione verborum dicti legati, testator voluit dictã possessionẽ reliquere dictis Geminiano & Antonio si viuẽtes erant. & si vn⁹ premortu⁹ erat relinquebat liberis ipsius premortui, vt succederent in partẽ ascriptã patri eius. si autẽ premortui essent ambo cũ liberis: voluit liberos eorũ in stirpẽ venire ad partes ascriptas patrib⁹ eorũ. vel saltẽ nõ videtur negari posse si diceremus constare q̃ tp̃e testamẽti testator sciebat dictos Geminianum & Antoniũ viuere, saltẽ voluit intelligere, qđ si ante mortem testatoris decederet vnus ex eis, liberi eius tanq̃ vulgariter substituti venirẽt ad portionẽ eius. & sĩr si ambo decederẽt cum liberis venirẽt similiter ex substitutione vulgari liberti in stirpes ad partes ascriptas patribus eorũ. Nam ita denotat illa dictio pre, iũcta cũ illo participio mortui, seu mortuorũ. vt in aut. de non eligendi secund. nubẽ. §. si vero inte. tat⁹. in verbo, proebeũtes. Cum ergo neq̃ tp̃e testamẽti, neq̃ tẽpore mortis testatoris mortuus adhuc esset Geminianus: nõ potuit hr̃e locũ dicta substitutio, q̃ vt dixi, ex verbis p̄dictis fuit facta in casu in quo dicti legitimi vel alter eorũ nõ posset legatũ agnoscere & cõsequi, vt q̃r decede- 4 ret añq̃ cederet dies legati. † Natura enim vulgaris substitutionis est, vt locũ habeat, quando primus nõ põt vel non vult agnoscere relictũ. l. iij. C. de her. isti. l. si pr̃familias. ff. eo. tit. Et ita põt fieri in legatis sicut in hereditatib⁹. l. vt hr̃dibus. ff. de leg. ij. l. vnica. §. in primo. & §. p̄ scđo. C. de cad. tol. Et dicta substitutio vulgaris expirauit quamprimum Geminianus partem suam agnouit per se vel per heredẽ suum ad quem dictum legatum trãsmittitur. l. post aditam. C. de impu. & ali. substi. iuncta. d. l. iij. cũ ibi notatis p̄ Bar. & alios 5 C. de here. insti. & l. vnica. §. cũ igit̃. C. de cad. tol. ¶ † Secũdo probatur: q̃r per sequentia declarantur precedentia, & econtra. l. qui filiabus. & l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. Sed testator in sequẽti parte testamẽti, in qua fecit vniuersalẽ institutionẽ, vsus est his verbis qb⁹ vsus fuerat in dicto preallegato. Et tñ nõ intellexit testator p̄ illa verba inducere fideicõmissum in p̄te decedẽtis post mortẽ testatoris. p3, quia testator volẽs in persona vnius heredũ. s. Joãnes substituere liberos eiusdẽ Joãnis, si ipse Joãnes decederet post mortem testatoris: fecit talẽ expressam substitutionẽ: vñ si idẽ sensisset in dicto p̄legato, illud expressisset, sicut fecit in heredis institutiõe. c. ij. de transla. prela. ibi dũ lr̃a dt̃: vñ si circa trãslationẽ idẽ fieri voluisset, qđ de cessiõe dixerat, & de trãslatio 6 ne poterat expressisse. ¶ † Tertio fortificant̃ p̄dicta p̄ illã dictionẽ equal̃r, q̃ sicut fuit apposita in p̄sonis Geminiani et Antonij, ita intelligit̃ repetita in p̄sonis substitutorũ p̄pter illã dictionẽ & positã in eadẽ oratione post dictionẽ equal̃r. l. Seie. §. Caio. & ibi Bar. ff. de fun. instru. leg. l. in repetendis. ff. de leg. iij. Sed si nos volumus itelligere q̃ eo casu q̃ Geminian⁹ post mortẽ testõris, & agnito p̄ eũ dicto legato decedat sine liberis, admittent̃ p̄ fideicõmissum descendentes ex Antonio p̄defuncto nõ posset hic cadere & cõuenire illa dictio equal̃r: q̃r nemo est ex descẽdentib⁹ dicti Geminiani, qui possint vocari equal̃r in stirpẽ cũ liberis Antonij, nec dicat̃ q̃ illa dictio equal̃r, intelligat̃. s. inter liberos soli⁹ Anto. q̃r rñdeo qđ talis intellect⁹ stare nõ põt p̄pter dictionẽ in stirpem, que ostendit qualiter voluerit testõr succedere liberos vnius ex dictis legatarijs: q̃r voluit q̃ venirent in stirpẽ nõ equaliter, nec i capita. vnde plures nepotes nati ex vno filio Anto. tñ hẽrent, q̃tũ vn⁹ ex filijs Antonij iuxta. l. nepotes. C. de suis & legi. & insti. de here. q̃ ab intes. §. cũ fili⁹. ¶ Quarto: q̃r ista possessio ex cã diuisionis celebrate inter dictos Geminianũ & Anto. obuenit in partẽ dicto Geminiano, & dict⁹ Antonius & eius heres est obligatus dicto Geminiano & eius heredi pro defensiõe & euictiõe dicte possessionis, q̃tum est pro dimidia eius qđ euinceret̃. Nam ita expresse promissum est, vt euidenter patet ex inspectione instrumẽti diuisio 7 nis. † & talis promissio obligat p̄mittentẽ, etiã si ille cui facta est promissio, sciuisset illum promittentẽ cum quo facta est diuisio non habere tunc ius in re. l. si fundũ sciẽs. C. de euictio. Et notat̃ plene per glo. & doct. in. l. si familie. C. fami. ercisc. Ergo posito q̃ aliquod ius vigore allegati fideicõmissi superuenisset liberis dicti Antonij, q̃ sunt hr̃des dicti Antonij illud cõfirmaret translationẽ factam per Antoniũ de dimidia tanq̃ sua in dictũ Geminianũ ex causa dicte diuisionis. l. cũ vir. ff. de vsucap. & qđ ibi plene no. Bar. & l. rem alie. ff. de pig. actio. & l. illicite. ff. de reb. eo. cũ simi. Et si agãt heredes Antonij tũc pro dimidia eius quod peteretur, poterit eis obijci quẽ de euictione tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio. l. vendicantẽ. ff. de euic. l. cum a matre. C. de 8 rei ven. † Et tale ius excipiendi trãsit etiã ad singularẽ successorem, id est dictum Jacobum Guarescũ, & ex eius persona ad monasterium predictum habẽs causam ab eo. l. si tibi decem. §. pactum. de pac. & l. si a te. §. iulianus. ff. de excep. rei iudi. Et plene no. Bar. in. l. si tertius. §. j. ff. de aqua plu. arc. p̄ dimidia etiã dicte possessiõis, q̃ fuit dicti Antonij añ mortem Geminiani, nõ puto q̃ agat̃ ex fideicõmisso vel aliter. Nam in illa dimidia titulum habuit Geminianus a dicto Antonio ex dicta causa diuisionis: et non possunt heredes Antonij venire contra factum defuncti. d. l. cum a matre. et l. ij. C. si quid in frau. patro. cum simi. Alexan. tartag.

¶ Presentis. de ci. tho. cxc. Cor. consi. xiiij. col. fi. lib. j. Alber. bru. consi. lv.

Testator filie sue iure institutionis reliquit vnũ fundum, quẽ tũc laborabat Scarabellus, cũ omnibus spectantib⁹ & pertinentibus ad eundẽ fundum. Reliquit & scđo iure legati alium fundũ vxori cũ oĩb⁹ spectãtib⁹ &c. quẽ tũc laborabat Antoni⁹ Ginesius. demum dictam eius filiã vniuersalẽ heredẽ instituit dato coherede. Sed q̃r testator detraxit ex fundo relicto filie, quẽ laborabat Scarabellus, duas petias terre, inter quas vna nũcupabat̃ la magna: & applicauit fundo legatarie. sc3 vxoris testatoris, ex cuius tamen legatarie fundo detraxit testator q̃tuor petias terre: & applicauit fundo heredis institute: & sic p̄mutationẽ quandã fecit. Dubitari cõtingit an talis p̄mutatio reuocari debeat, an in statu suo p̄manere, maxime attẽto qđ testator in codẽ testõ reliquit & prelegauit dicte filie sue heredi institute illã petiã terre nuncupatã la magna: q̃ erat a defuncto relicta ipsi filie iure institutionis. Et sic dat intelligere q̃ ista p̄mutatio fuit facta ante testm̃, q̃r alias frustra prelegasset: cũ in fundo institutionis contineret̃. Tñ testes reperiuntur, q̃ dicunt talẽ permutationẽ factã fuisse ante testamentũ. Aliqui dicũt fuisse post testamẽti ɔfectionẽ: q̃rit̃ qđ iuris, an applicatio talis debeat cedere cui facta est, an non?

Summarium.

3 ¶ Testator in dubio nõ p̄sumit̃ facere dispositionẽ inanẽ.
4 Testibus verosimiliora deponẽtib⁹ magis credit̃, q̃ alijs.
5 Detractio vel augmentũ fundi, siue ante siue post testamentum auget vel minuit legatum. fallit si fiat gratia cõmodioris culture. nu. 6.
8 Testator si legauit rem certam, deinde cum adijciat alteri fundo suo, non videtur adimere legatum.

Consilium. CLXXI.

Accurate perspectis his que in themate proponunt̃, videretur prima consideratione dicendũ dictã adiectionem ac detractionem

ctionem simpliciter factam siue ante testm̃, siue post, nõ debere immutare legatum fundi, sed primeuum statum fundi attendi debere: † q2 cũ esse potuerit quod testator gratia cõmodioris culture vni fundo detraxisset & alteri adiecisset, vt. l. Caius. in fi. ff. de leg. ij. quo casu nõ videretur ex tali detractiõe legatũ quouismodo immutari, vt ibi, & no. Bal. in. l. qđ in rerũ. §. si quis post. ff. de leg. j. ¶ Secũdo: nã esse potuit qđ dicta detractio & adiectio non fuit facta vt ita perpetuo fundus se haberet, sed ad tps: quo casu ad alteratio nõ legati p inde esset ac si facta nõ fuisset. l. ex facto proponebatur. ver. ceterũ. ff. de her. insti. l. quesitũ. in prin. & §. fi. ff. de le. iij. & l. debitor. ff. de pig. ¶ Tertio vr̃, quod si verũ esset qđ per efficaciores pbatiões pbaretur qđ ista adiectio & detractio facta fuerit post testm̃: tunc sequeretur qđ illud legatũ dictarũ petiarum terre, quarum vna dicit̃ la magna, relictarũ filie testatoris, intelligeretur adẽptũ filie testatoris, ex quo videret̃ testatorẽ post testm̃ voluisse illas accedere fundo legato vxori postq̃ eas postea fundo adiecit legato vxori p. l. ex toto. in prin. ff. de leg. j. iuncta. l. fideicõmissa. §. si qs rẽ. ff. de leg. iij. & d. l. §. si quis post. & qđ videat̃ dictum legatũ dictarũ petiarũ terre adẽptũ videt̃ esse casus in. l. seia. in fi. ff. de auro & arg. lega. vbi si res legata transfertur in aliam speciem, vel fiat accessio alterius speciei, vr̃ extinctũ legatũ. & qđ vni datũ est, alteri ademptum esse videtur: vt dicit text. in. d. l. qđ in rerũ. Sed ita est q datũ esse videt̃ vxori p. d. l. si ex toto. in prin. ergo videt̃ adẽptum filie, pro quo etiã videtur bonus tex. in. l. filio in prin. ff. de adimẽ. legatis. Quia nõ puto tute posse respõderi ad istud argumẽtũ, nec posse sustineri qđ nõ videat̃ ademptũ legatũ dictarũ petiaru3 terre, videlicet la magna &c. tenẽdo q adiectio & detractio facta fuerit post testamẽtũ: ideo op3 istud vltimũ argumentũ cassari. ¶ S3 pmissis nõ obstãtib⁹ puto omni casu 𝔷rium esse dicendum. † Nam si accipiamus dictã adiectionẽ vel detractionẽ factam fuisse ante testm̃, & tũc clarũ est qđ dicta adiectio & detractio h3 augere & diminuere legatũ postea factũ: q2 cũ destinatiõe^a patrisfamilias fundus augeat̃ & diminuat̃. l. si qs duas. §. si qs partẽ. ff. cõmu. pdi. l. loc⁹. ff. de 𝔙. sig. Ergo ex quo testator certas petias terre adiecit fundo relicto filie, ille cẽsent̃ esse pars illi⁹ fundi, & sub eo cõprehẽdãtur. vt in dictis iuribus, & in. d. §. si qs post. ¶ Nõ mirũ ergo si testator hoc cõsiderãs & animaduertens qđ illa petia terre nũcupata la magna, nõ comprehendebat̃ amplius sub appellatione fundi legati filie, pper dictam detractionẽ, si illam petiam terre specialiter ipsi filie legauit, perpẽdẽs ipse q pper ipsam detractionẽ antea factã nõ fuisset cõprehensa in legato fundi relicti filie. & illud vr̃ esse magis 𝔳itati cõsonũ. s. q ita detractio & adiectio facta fuerit ante testm̃: q2 alias sequeret̃ q superuacuo testator reliquisset dicta3 petiam terre nũcupatã la magna: filie sue. † cum testator in dubio non presumatur facere dispositionẽ inanẽ. l. meuius. in prin. ff. de leg. ij. l. si qñ. in prin. ff. de lega. j. Jntantũ q vbi probatiões essent pares, pualeret probationes faciẽtes p illa pte ve3 q facta fuerit detractio añ testm̃. propter illã qualẽqualẽ pſumptionẽ, de qua dixi, vt no. glo. & Bar. & in. l. si duo patroni. in prin. p illũ tex. in verbo authoritatis. ff. de iureiur. † Et poti⁹ credẽdũ esset testib⁹ hoc deponẽtib⁹ tanq̃ verosimili⁹. l. ob carmẽ. §. fi. ff. de testi. iiij. qđ. ij. si testes. c. l3 cãm. de proba. & plene notat̃ in. c. in nostra. de testi. & onus probandi cõtrariũ, sc3 q facta fuerit ista detractio post testamentum, videtur q incũbat illam allegantis: q2 fundanti se ex tpe incumbit onus probandi tẽpus. l. matrem. C. de proba. l. eum actum. ff. de neg. gest. in cle. fina. cum glo. de rescri. notat Jaco. de Are. & Cyn. in. l. testiũ. de testi. & Bar. in. l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. no. nun. Et neutro clare probante potior est conditio possidentis cõuenti, vt in simili exemplo declarat Bar. in. l. si inter. ff. de rebus dub. & gl. in. c. nulli dubium. xij. q. v. & ea. cau. questio. j. in. c. si vt manifeste. & gl. in. l. cum oportet. in prin. in versicu. ex eius substantia. in fin. C. de bo. que lib. facit. c. ex literis. de proba. ¶ Si autem presupponamus dictã adiectionẽ & detractionem factam fuisse post testamentũ, adhuc videtur idem iuris esse scilicet q adiectio postea facta cedat ad commodum illius, cui legat⁹ est fundus, ad quẽ facta fuit adiectio, & ecõtra: † q2 detractio vel augmentum fundi superueniens post testamentum auget & diminuit legatum. l. cũ fundus nominatim. ff. de leg. ij. & preallegata. l. si ex toto. l. prediis. §. q dominum. cum simili, ff. de leg. iij. Et plene notatur per doct. in. l. serui electione. §. fi. ff. de leg. j. eodem eni3 modo quo testator cepit habere dictos fundos in vsu suo, eodẽ mõ pſumit̃ voluisse esse in vsu filie legatarie. l. dãnas. in fi. ff. de vsufr. lega. ¶ Difficultas ergo si qua est, illa dũtaxat consistit in resolutione 𝔷riorũ. ¶ Non ob. igitur primum augmentum: quia rñdeo primo † q i dubio sola patris detractiõe vel adiectione vel destinatione augetur, & diminuit fund⁹ in dubio. d. §. si quis post. fallit vbi appareret testõrẽ detraxisse gratia cõmodioris culture partem fundi, modo testõr post illã detractionem semper habuerit, & appellauerit illã partẽ fundi detractã sub noĩe prioris fundi, a quo dtractio facta fuerat. ita loquitur tex. in. l. caius. ff. de leg. ij. ¶ Preterea ibi illa pars fundi separata a reliquis partibus fundi nunquam fuit applicata alicui alteri fundo: sed in ppposito nostro fuit applicata vniuersitati alterius fundi, quo casu cedit legato illius fundi, vt est tex. q hãc distinctionẽ facit in. d. l. cum fund⁹ nominatim. ff. de leg. ij. Meuius ẽt obstat ꝭm argu. † q2 rñdeo q quis nõ presumit̃ actum facere animo mutandi volũtatẽ, nisi probetur. l. cum hic status. §. proinde. ff. de do. inter vir. Et no. Bar. in prin. illius. l. & in. l. cũ tacitũ. ff. de prob. l. filio. in prin. ff. de adi. leg. Presumitur enim in dubio testatorem illã adiectionẽ fecisse: vt ita perpetuo esset nisi noua cã superuenisset p proxime dicta. bene facit quod no. Bart. in. l. sicut. §. superuacuum. circa medium. in ver. redeo ad ordinẽ &c. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. & q̃ no. Bar. in. l. sed & si possessori. in prin. cũ simi. ff. de iureiu. ¶ Preterea q ita sit i dubio, probat̃ in. d. l. cũ fund⁹. & in preallegatis. §. si qs post. cũ simi. ¶ Postremo non obstat vltimum argumentum: q2 respondeo q si testator legat fundum, postea detrabit partẽ fundi, videt̃ diminuere fundũ, & per consequens legatum fundi simpliciter relicti, vt in iuribus supra allegatis. ¶ † S3 vbi testator reliquit vnã rẽ sub noĩe pprio ipsius rei, vt in proposito nostro, in quo testator legauit illã petiam terre dictã la magna: l3 illã postea adiecerit alteri fundo remanẽti tñ i patrimonio testõris, nõ vr̃ adẽptũ legatũ. ex quo illa res nõ est alienata a substãtia testõris. l. pater. ff. de adi. leg. ¶ Nec obstat tex. in. d. l. seia. in fin. ff. de aur. & arg. leg. q2 ibi res legata trãsibat in aliã speciẽ ornamẽti: hic aũt remanet eadẽ petia terre. Preterea ibi illa res legata erat res p se principalis tẽpore legati: vnde si postea fiat accessio alterius: extinguit legatũ. d. l. Seia. Hic aũt ẽt tpe testi ista petia terre erat accessio alteri⁹ fundi, & sic non erat res p se principalis. vñ si ẽt dicta petia terre post testamentum adijciatur alteri fundo, nõ fit disgressio ad diuersum statũ: q2 nũc etiam erit accessio sicut & prĩo erat accessio. sec⁹ in casu. d. l. seia. q2 ibi res mutabat statũ. s. de pricipali ad accessoriũ. nã nõ est tãta mutatio, quando vna res transit de vno statu ad alium sibi similem: sicut si ad dissimilem. arg. l. in rem. ff. de rei vẽ. Alex. tartag.

a ¶ Destinatione. s. eo. cõsi. clxix. nu. 9.

Epitome.

¶ Si proximiores agnati prohibuerint quem testari, & ad eos deuoluat̃ hereditas, põt fiscus vt ab indignis auferre, & ad hoc ciuiliter agere, absq3 eo quod indigni criminaliter accusentur & damnentur, si lapsum est tempus accusandi.

Consilium. CLXXII.

Super casu premisso stã te q Titia & Caius erant proximiores agnati dicti Sẽpronij, † quem testari prohibuerunt vt presupponitur resultat dispositio iuris volentis, quod hereditas dicti Sẽpronij veniat p fiscũ auferenda proximiori agnato tanquã indigno. l. j. in prin. & l. ij. in princ. & §. j. cũ ibi notatis. ff. si quis aliquẽ testa. probib. & l. ij. C. eod. titu. Sed restat dubitatio videlicet, an attento quod non videt̃ posse procedi criminaliter contra dictos probibentes testari possit ciuiliter agi contra eos pro hereditate adipiscenda, et an fisco agere volenti obstet lapsus tpis: & primo videret̃ dicendum fisci noĩe agi nõ posse: † q2 ad hoc vt possit ciuiliter agi petitione hereditatis nomine fisci, contra illum qui occasione delicti vel culpe est effectus indign⁹, oportet quod primo criminaliter agatur, & delinquẽtes cõuincant̃ & puniant̃. l. j. C. vbi cau. fis. l. in cognitione, & ibi notatur. ff. ad sylla. et not. Bar. in. l. fi. ff. si quis ali. testa. probib. & Bal. in. l. j. C. e. tit. S3 in proposito nostro agi nõ potest criminaliter cõtra dictos probibentes, eo q2 statutum disponit, quod de delictis non possit procedi, nisi tempore officialis presentis, & sui predecessoris: & tps officialis est semestre, & dictũ delictũ est cõmissum iam sunt anni decẽ. ¶ Preterea etiã de iure cõi videtur q lapsus qnquẽnij a die 𝔷missi delicti noceret fisco q̃ ad vẽ

alicandā hereditatem predictam, si intra dictum qnquēniū nō fuerūt dicti delinquētes inquisiti seu accusati ⁊ condēnati, vt ꝓbari vr̄ in .d.l.in cognitione. ¶ 3 †Sed his non obstantibus sentio fisci nomine agi posse ad hereditatē predicte ꝑsone ꝓximiori auferendā, q̄uis etiam ex forma statuti sit preclusa via ꝓcedēdi criminalr̄, vt ꝓbari vr̄ in .d.l.j.in fi.C.vbi cau.fisca.vbi qñ heredes alicuius occisi fuerūt negligentes in vindicāda nece defuncti, iuxta.l.j.cū ibi notatis ꝑ gloss.et doct.C.de his qui.vt indi.quāuis occisores mortui sint, ⁊ sic accusari criminalr̄ nō possint iuxta.l.defuncto.ff.de pub.iudi.⁊.l.j.⁊.ij.C.si reus vel accu.mor.fue.non possunt ciuiliter cōueniri heredes, ⁊ hereditas eis ꝑ fiscū auferri. Ad idē tex. in.l.ij.ff.de car.edi.ergo eadē rōne i ꝓposito lz ꝓpter dispositionē dicti statuti nō possint accusari criminalr̄ dicti q ꝓhibuerunt testari, vel ꝯ eos ꝓcedi nō possit: tñ ꝑ hoc nō dz impediri, quin ciuiliter possint conueniri ꝑ hereditate. Fortificant̄ p̄dicta ex doctrina Bar.⁊ Ang.⁊ in.l. cognitiōe.superius allegata, 4 vbi dixerūt.qd̄ qñ occisores sunt incerti, ⁊ sic ꝓpter incertitudinē nō possunt accusari criminalr̄: poterit fiscus ciuiliter agere petitiōe hereditatis contra heredes occisi, q ante habitā q̄stionē de familia seruorū aperuerūt tabulas testamēti ⁊ hereditatē adiuerunt, p.l.si ea.C.de his q.vt idi. Cōprobant̄ hec ex doctrina Jac.de Are.Cy.⁊ aliorū in.l.fi.C.de fid.istr.⁊ Bar.i.l.ij.ff.de carb.edic.vbi q̄rūt an sit necesse ꝙ pri⁹ ꝓcedat̄ criminalr̄ quam possit agi ciuiliter, et cōcludit post gl.in.d.l.fi.ꝙ aut querimus quo ad agendum ciuiliter ꝯ ipsum principalē, vel delinquentē: aut cōtra tertium. Primo casu pōt agi ciuilr̄, ēt si nō sit actū criminalr̄. l.dom⁹.C.ad.l.cor.de fal.⁊.l.vnica.C.quando ciui.ac.piu.crimi. Scđo casu, nō possit, si principalis delinquēs viuit.d.l.j.C.vbi cause fis.⁊.l.ij.C.si ex fal.instru.⁊.d.l.ij.de carb.edi.⁊ in dictis.ll.pz exemplū. Cū ergo tractetur de agendo ciuiliter contra illos prohibentes testari q fuerūt principales delinquētes: nō pōt allegari ꝑ eos ꝙ prius erant accusandi criminaliter. Et ꝑ hec apparet ꝙ nō obstat p̄dictis prealleg.l.j.C.vbi cau.fis.q2 ibi in prin.loquitur qñ poterat accusari ⁊ ꝓcedi criminalr̄.sec⁹ si procedi criminalr̄ nō poterat, vt ibi in fine cū alijs.s̄.alle. ¶ Nec ob.si diceret̄ qd̄ in casu nr̄o iputari dz culpe agentiū ꝓ fisco, si nō fecerūt ꝓcedi criminalr̄ tpe 5 debito ⁊ reqsito a statuto: q2 responderi pōt qd̄ †statutū illō correctoriū iuris cōis nō dz operari ⁊ corrigere plus ꝙ in eo specialiter scriptū sit.l.precipimus.C.de appel.in aut.de nō a elig.secun.nub.in.§.cum igit̄. Et statutum predictum quo ad preiudicandū vie agēdi ciuilr̄ nihil inducit aut disponit ergo quo ad hoc debent remanere incorrecta iura cōia. Et precipue regula posita in.l.in omnibus.ff.de diuer.⁊ tempo. 6 prescri.† q̄ formaliter dicit qd̄ in omnibus fisci questionib⁹, exceptis causis in quibus minora tpa seruari specialiter cōstitutū est, xx. annorū prescriptio custodiet̄, s3 ita est quod in proposito non inuenit̄ specialiter statutū qd̄ minus tempus viginti annorum sufficiat ad parendū dictum preiudiciū in causa ciuili fisco. Ergo saltē vsq3 ad viginti annos non erit fiscus exclusus. ¶ Preterea dici etiā fortasse posset, nō esse 7 imputandā culpam agentib⁹ pro fisco, †q2 cōtingere potuit ꝙ delictū nō fuit publice notū, s3 perpetratū in camera seu loco occulto, quo casu posito qd̄ nō possit agi criminalr̄ de delicto post tps statuti, tñ nō pōt dici agētes ꝓ fisco fuisse in culpa. Ad hoc bñ facit id qd̄ hr̄ in.l.semp.§.hoc interdictū. ⁊ qd̄ ibi no.Bar.ff.qd̄ vi aut clā ⁊.l.ann⁹.cū ibi notatis per Bar.ff.de calū.⁊.l.j.cū ibi notatis ꝑ Bal.C.de priua.carceri.⁊.l.si ideo.C.de his q.vt indig.⁊.l.j.§.occisorū.⁊ vtrobiq3 doc.ff.ad sylla.iunctis notatis per Bal.⁊ Sal.in.l.fi.per illū tex.C.de dolo.⁊ Bal.in.l.genero.ff.de his q no.infa.⁊ in.l.eū qui.§.in popularibus.ff.de iureiur.⁊ Ang.in.l.fin.ff.si quis 8 testa.liber esse iussus fue.cū simi. ¶ †Posset etia3 r̄nderi ꝙ si quo casu dici posset fiscū esse exclusum posse peti noīe fisci restitutionē in integrū, secundū qd̄ consuluit Bar.cuius cōsilium refert Ang.in.l.quid ergo.§.pena grauior.super ver. quāuis.in vlti.col.ff.de his qui nō.infa. Tamen sup hac vltima responsione non insisto, q2 non videtur mihi necessaria per superius dicta. Per hoc etiam apparet non obstare.d.l.in cognitione.q̄ū loquitur de exclusione ꝑ lapsum quinquennij intra qd̄ principalis delinquēs non fuerat accusat⁹ ⁊ condēnat⁹. Nā dico ꝙ ibi loquit̄ qñ nō fuit accusat⁹ ⁊ ꝯdēnatus intra quinquēniū ille q occidit. Et sic ille q fuerat principalis delinquēs, ⁊ ex tali cursu tpis fauet̄ heredi occisoris, q fuerat negligēs in vindicanda nece defuncti quāp̄rimū potuit, iuxta no.ꝑ gl.⁊ doc.in.d.l.j.C.de his qui.vt indig.vt sic non possit amplius auferri post dictū qnquēniū hereditas dicto h̄rdi tāq3 idigno. S3 iste nō est casus noster, vt de se pz. Ergo sumus in regula.d.l.in oībus. Nec est eadē rō in casu nr̄o, que est in casu.d.l.cognitione.q2 ibi per lapsum illius quinquēnij reddit̄ tutus heres, qui solū deliquerat in omittendo seu negligēdo vindicare necē defuncti. s3 in casu nostro redderet̄ tutus ille qui delinquit cōmittēdo, ⁊ impediēdo illum 9 Semproniū testari. †Et constat quod maius delictum est, qd̄ committitur in faciēdo, quam illud quod committitur omittendo vt.l.si seruum.in prin.ff.de verb.obli.l.ij.cum ibi notatis per Cyn.C.si aduer.delic.no. glo.pen.in.l.si mora.ff.sol.ma.⁊ in.l.diuus.ff.ad sylla. ¶ Ex quibus cōcludo fisci nomine posse ciuiliter agi petendo hereditatem predictam, ⁊ eā auferendo dicte proximiori persone tanquam indigne probato de impedimento testandi.

a ¶ Heredi. Cor. l.fina.C.de lega. Guid.pa.consil. ccxiiij.col.j.et fi. consilio.ccxvj. in fi. Deci.ꝯsi.cccc. xvij. Jas.l.j.col. xv.l.cū filiofa.co lum.iiij.de leg.j. cōsil.xxix. col. ij. lib.iij. Anto. ru. cōsil.xxiij. Alex. j.lib.vij. consilio clxxvj.in fi.

Epitome.

¶ Testator legauit quedā bona Veronice vxori sue ad eius vitam tm̄, ⁊ ea mortua peruenient ad infrascriptos heredes suos cū conditionibus contētis in institutione. instituit aūt heredes Liberalē, Antoniū, ⁊ Constātium nepotes suos, ⁊ inuicē substituit, si decederēt sine liberis. testatori successerūt nepotes. postea decessit Liberalis relicta filia q̄ decessit relicto extraneo herede decessit etiā Antoni⁹, ⁊ nouissime Veronica superstite dicto Constātio solo ex institutis tm̄. decidit Alex. ꝙ ad hunc Constātiū solū spectāt bona dudū legata Veronice, eo quod solus sit de scriptis heredibus.

Consilium. CLXXIII.

Visa facti narratione de qua in consilio quodā celeberrimi legum doctoris domini Joannis de Prato ⁊ his que per eū egregie allegata sunt videretur prima consideratione dicendum, ꝙ ad substitutionem factam dicte domine Veronice in testamento dicti ser Beltrādi, debeāt admitti omnes heredes, ac heredes heredū siue sint primi heredes, siue secun- 1 di, siue tertij: ⁊ sic de singulis. †quia testator substituēdo heredes videtur de omnibus heredibus. ⁊ heredu3 heredibus quibuscunq3 sensisse.l.in annalibus.C.de lega.l.heredes.⁊.l.sciendum.ff.de verbo.signi.l.fin.C.de heredibus institu. Ad hoc facit ꝙ no.Bar.in.l.titia cum testamento.§.fi.ff.de leg.ij.ver.quero quid si tempore ⁊c.vbi voluit.qd̄ si testator relinquit fundū Titio quo ad viueret quo casu vr̄ testator velle qd̄ post mortē legatarij perueniat ad heredē, vt in.d.§.fi.habebit hoc locū etiā in herede heredis. Et ideo si primus heres decessit ante mortem legatarij: tamen perueniret legatū mortuo legatario ad heredē dicti primi heredis defuncti viuente legatario. ⁊ idem tenet ibi Bal.qui dicit, qd̄ heres heredis habebit nō virtute trāsmissionis s3 vigore tēporalitatis inserte primo legato, qd̄ tēpore finit̄ per.l.fi.C.de leg.⁊ dicit passum esse notandū. ⁊ cum Bart.etiā trāsit Rapha.cuma.in.l.Titia.§.fi.q dicit qd̄ ꝑ Bar.bene facit tex.in.l.codicillis.in prin.ff.de an.leg. Pau.de cast.in fi.C.de leg.⁊ in.d.l.Titia.§.fi.alleg.cōtra Bal.tex.in.l.in cause.la.ij.§.Pomponi⁹.⁊ ꝙ ibi gl.ff.de min.vbi si heres grauat⁹ est dare fundū Titio ea ꝯditiōe, vt si Titi⁹ decesserit sine liberis, restituat a fundū heredi. *Et cōtingat dictum primū heredē decedere anteq3 titi⁹ decedat sine liberis. Et postea decedat titi⁹ sine liberis, fideicōmissum non debet̄ heredi heredis: q2 tāquam conditionale nō trāsmittit̄.l.vnica.§.finautē aliquid sub cōditione.C.de cad.tol.l.heres meus.in princ.ff.de condi.⁊ de- 2 mon. †Et dicit Pau.de ca.vidisse iudicari de illa.q.⁊ tandem concludit in dictis locis esse distinguēdū ꝙ aut legatū fuit relictū ad tempus. Puta, lego tibi quousq3 vixeris, tūc eo mortuo finit̄, ⁊ est perinde aci nō esset factum ꝓ vlteriori tēpore, ⁊ ita ꝓcedit determinatio Bar. Aut reliquit simpliciter, ⁊ postea grauat legatarium qd̄ post eius mortem restituat heredi: ⁊ tunc secus. per.d.§.pomponius.cum sua gl.q2 tūc non est legatum tēporale, sed perpetuum de sua natura. Et si tēpore mortis legatarij primus heres reperit̄ mortu⁹, remanet penes h̄rdē legatarij grauati. ⁊ dicit ꝙ ab alijs nō 3 est ita bene declaratū. †In casu autē nostro dicitur qd̄ legatum fuit relictū Veronice vxori sue cū hoc ꝙ possit dicta bona sic legata possidere, gaudere, ⁊ vsufructuare vsq3 ad vitā suā tantummodo, post vitam suam perueniāt, ⁊ esse debeāt infrascriptorū suorum heredem. Et dicitur ꝙ in testamento fecit heredē Liberalem nepotem suum pro vna parte, ⁊ Antonium

toniū ⁊ Constantiū nepotes suos pro alia parte, ⁊ Liberali decedenti sine liberis substituit dictos Antoniū ⁊ Cōstātiū ⁊ dictis Antonio ⁊ Constantio substituit dictū Liberalē et eius heredes. Et sic de gradu vno alteri succedēte in.d.hereditate, ⁊ postea mortuus est testator, ⁊ dicti nepotes oēs fuerūt heredes. deinde decessit dictꝰ Liberalis supstite filia instituta, ⁊ data sibi substituta matre ipsius filie pupille, q̄ pupilla ⁊ deinde matre substituta decesserunt superstite adhuc Veronica legataria, q̄ postea decedit superstite tm̄ dicto Cōstātio ex dictis nepotibꝰ institutis. vñ q̄rit an ex dicta substitutione facta Veronice admittatur dictus Constātius tm̄: an vero alij heredes dictorū heredū.i.dictorum nepotū, puta dicti Liberalis mediante persona dicte pupille ⁊ matris sue. Et sic v̇ba dicti legati videnꝫ restricta, ad vitā dicte Veronice, ⁊ p ꝯsequēs cēseꝫ tpalis, sicut est in terminis.d.l.titia. 5 §.fi.in qbꝰ loquiꝫ ibi Bar.† ⁊ nō est differētia an legatum in eadē oratione relinquaꝫ ad tp̄s, puta ad vitā legatarij: an vero legatū relinquatꝫ simpliciter in vna oratione, ⁊ in sequenti oratione restringatur ad tempus vite legatarij: q2 etiā qñ in sequēti oratiōe adijciꝫ ꝙ vsum ad vitā legatarius habeat, diciꝫ tpale: vt in.d.l.titia. ⁊ late pbat Bar. post Jac. de are. in.l. libertis. in prin. la.j.ff.de ali. ⁊ cib.leg. vbi reprehendit Old. q aliter dicebat. ¶ Et hic ergo videreꝫ ꝙ ſm oēs p̄dictas opiniones admitterentur oēs heredes, ⁊ heredes heredū pro hereditarijs portionibus ad substitutionē predictā. facit.l.ita liber. i fi.ff.de statuli. ⁊ l.j.C.de ipu. ⁊ alijs substi. cū si. ¶ Tamen premissis nō obstātibus puto in casu de quo queriꝫ contrariū esse de iure verius. Moueor principaliter: q2 testator dixit ꝙ post vitā dicte Veronice, volebat ꝙ dicta bona peruenirēt ⁊ esse deberēt infrascriptoꝝ suoꝝ heredū. 6 † Pōdero illa verba infrascriptorū. que v̇ba operanꝫ, vt solū intelliganꝫ vocati illi heredes, quorū noīa in testō legi pñt: non alij heredes, quorum noīa legi nō possunt, lꝫ ex testō cōprehēdanꝫ. hoc est qđ singulariter decidit Bar. in.l.q liberis.§.hec verba. in fi.ff.de vul. ⁊ pup. vbi querit qđ si testator substituit per hec v̇ba: si Titiꝰ decesserit, substituo heredes meos infrascriptos: postea in eodē testō dixit ꝙ instituebat hr̄des pauperes Christi eligēdos per talē virū: an illi pauperes electi heredes admittanꝫ mortuo Titio ad substitutionē illā: ⁊ p̄mittit Bar. pōderāda esse illa v̇ba infrascriptos heredes: q2 scripti dicunꝫ illi q possunt legi, nō q pñt intelligi.l.j.in prin.ff. de his que in testa.delen. Et pauperes Christi non possunt 7 legi in testō, lꝫ ex testō cōprehēdanꝫ.† Et ppterea distiguit ꝙ si quidem testator nullos alios fecit heredes, q̊s noīatim scripserat in testō institutos vel substitutos: ⁊ tūc de necessitate opꝫ intelligi de illis pauperibꝰ, qm̄ alij nō sunt scripti, ⁊ sic cōstat testatorē de eis sensisse.l.ij.ff.de lib. ⁊ posth.l.pediculis.§.itē cū q̄rereꝫ. cū gl.ff.de aur. ⁊ ar.leg.l.fundꝰ q locatꝰ. ff.de fun.instru.leg. Si vero alios hr̄des noīatim i testō scripsit, ad illos referꝫ illa substitutio: qm̄ illi sunt scripti, ⁊ vere sunt ifrascripti. Et in dubio debemꝰ stare ppꝛie significationi.l.nō aliter.ff.de lega.iij.l.j.§.si is q nauē.ff.de exer. Aliud esset scdm eū, si substō facta esset p hec v̇ba: q̄sqs mihi heres erit, sit substitutꝰ Titio. Vel eos quos mihi heredes īstitui, substituo Titio. q2 tales pauperes Christi venient ad substitutionē, eo q2 vocanꝫ ex iudicio testatoris ad hereditatē seu institutionē.l.vnū ex familia.§.si falcidia.ff.de leg.ij. iuncto §.hec verba. Ergo in proposito nostro cū testator substituerit Veronice heredes ifrascriptos post mortē Veronice: ⁊ in testō erāt noīati īstituti dicti tres nepotes.s. Liberalis, Antoniꝰ, ⁊ Cōstātiꝰ, dato ꝙ in aliq̄ substitutione facta reciproce iter dictos nepotes esset facta aliqua mētio de hr̄dibꝰ dicti Liberalis, ⁊ sic de illis quos dictꝰ Liberalis sibi eliget, vel faciet heredes tacite vel expresse, iuxta.l.conficiunꝫ. ⁊ l.si qs cū nullū.ff.de iure codi. Tñ dicti heredes dicti Liberalis non pñt dici noīatim instituti. Et cōsequēter nō possunt legi in testō, lꝫ ex testamento deprehendantur. Et ideo non pñt dici infrascripti hr̄des, sicut dictū est supra de pauperibus Christi institutis heredibꝰ, lꝫ bene pñt legi dicti nepotes q sunt noīatim scripti. illi ergo nepotes q decesserūt ante mortē Veronice, nō transmiserūt ex persona sua ius substitutionis predicte conditionalis.l.heredes mei.§.cū ita.ff. ad trebel. ⁊ dictum fuit supra. Et heredes ipsorum nepotuꝫ non intelligunꝫ vocati: q2 nō dicunꝫ infrascripti. Ergo solū debet admitti Cōstantius, qui superuixit post mortē Veronice.l.sꝫ si plures. in prin. ⁊ l.qui plures heredes.ff.de vulg. 8 ⁊ pupil.† Et in terminis decidit etiā hanc.q. Joā. de Jmo. in.l.si qs filiū.§.fi.ff.de acqui.here. vbi dt ꝙ si testator reliqt filie trecēta pro dote, ⁊ voluit qđ si decederet anteꝙ nuberet, deueniret ad heredes suos infrascriptos: ⁊ postea essent in illo testamēto īstituti aliqui liberi testatoris, ⁊ illi decesserūt ante mortē filie, deficiet fideicommissum, dato ꝙ dicti liberi instituti decessissent superstitibꝰ descendentibꝰ eorū heredibus, mouetur per notata per Bart. in.d.l.qui liberos.§.hec verba. ⁊ dicit se ita cōsuluisse apud Fauentiam. ⁊ ita etiā qđ dicta dispositio testatoris relata ad heredes debeat intelligi de hr̄dibꝰ noīatis tm̄, ⁊ nō de hr̄dibꝰ heredū. voluit Old. in consi.xxj.inci. Thema tale est: testōr hꝫ fratrē vnū ⁊c. hāc 9 ēt fuisse mētē testatoris satis apparet † p illa v̇ba testamēti dicētia, qđ post vitā Veronice dicta bona pueniāt, ⁊ esse debeant infrascriptorū heredum, cū conditionibus contentis in institutione infrascriptorum suorū heredum, ⁊ in illa institutiōe adiecit ꝙ si Liberalis heres īstitutꝰ decederet, substituebat Constantium, ⁊ Antonium ⁊ ecōtra. ⁊ sic dū testōr dixit cū conditionibus infrascriptis, ostendit quod voluit bona relicta Veronice deuenire ad dictos institutos.s. cum hac cōditiōe ꝙ si vnꝰ eorū decederet sine liberis, restituereꝫ alteri per fideicōmissum: q2 illud onus seu illa cōditio fuerat iniunctū vel iniuncta ipsis institutis. ¶ Nec p̄dictis obstat si diceretur ꝙ dicta Veronica erat vsufructuaria tm̄: ⁊ p cōsequens per mortē eius finitur vsufructꝰ, ⁊ redit ad ppꝛietatem apud quēcunqꝫ sit proprietas, iuxta.§.finitur.insti.de 10 vsufru.l.iiij.§.ne tñ. ⁊ l.titio cum moreretur.ff.de vsufr.† q2 rñdeo qđ testator legādo Veronice certa bona cū hoc quod ipsa possit ea possidere gaudere ⁊ vsufructuare vsqꝫ ad viā suā: non vr̄ per hoc reliquisse solum vsumfructū: imo ēt proprietatē.l.species.ff.de auro ⁊ argen.leg.l.donationes.§.species. ⁊ ibi Bar.ff.de dona. ⁊ late probat Bar. in.l.iiij.in prin. ff.de ali. ⁊ cib.leg. ⁊ notatur per gl. Cy, ⁊ alios in.l.si mulier. C.de iure do. ⁊ Bal. in.l.si habitatio.ff.de vsu ⁊ hab. ¶ Per 11 p̄dicta satis apparet respōsum ad allegata in cōtrariū: † q2 appellatione heredis veniūt heredes in infinitum. fallit qñ dicunt heredes infrascriptos, vt in casu nostro ⁊ supra pbaui. ¶ Item fallit qñ de herede testatoris est facta mentio in substitutione: q2 tūc nō venit heres heredis: sed solū primus heres ad quem testator videtur affectionē habuisse. ita pbaꝫ in.d.§.hec verba. que ratio cessat in casu.d.l.in annalibꝰ: q2 ibi testator retulit dispositionē suā ad Titiū ⁊ heredes Titij. vnde nō est motus ad nominandū heredes Titij ppter affectionem, quam haberet ad primum vel primos heredes Titij: q2 ignorabatur quis futurꝰ esset heres Titij. ⁊ ita declarat Bal. i effectu in.l.fi.in.iiij.opp.C.de here.insti. ¶ Nec obstāt notata per Bar. ⁊ alios in.d.l.titia.§.fi. Quia in questione Bar. testōr nō dixit ad quos vellet puenire, sꝫ in casu nostro dixit, quod volebat peruenire ad heredes infrascriptos, quo casu nullo mō pōt dici qđ veniant heredes hr̄dū, vt probaui. ¶ Nihil autē facit text. in.d.l.codicillis. in prin. ff.de an.lega. q2 ratio illius.l.est: q2 ibi legatum intelligebaꝫ esse purū, nō cōditionale. Et istud tempus certū ibi videbaꝫ esse adiectum causa cōmodioris prestationis ipsiꝰ grauati, vt ibi notaꝫ in gl. per.l.si cum prefinitione.ff.quando di.leg. cedat. sed in casu nostro fideicommissum iniunctum Veronice erat cōditionale scilicet post mortē suā.d.l.hr̄s meus. in prin. ⁊ dictū est.s. ¶ Ex quibꝰ cōcludo ad dictā substitutionē venire dūtaxat Cōstātiū, q pꝰ mortē Veronice supuixit.

Epitome.

¶ Spurij ex damnato coitu nullis, nec adinuicem quidem succedūnt. Sed ex non damnato coitu, bene succedūt matri, ⁊ coniunctis ex latere matris. Et cui non potest spurius vel alias ille legitimus succedere: nec legitimus nepos ex eo succedere potest. hoc dicit.

Consilium.CLXXIIII.

